


Officia

Sanctorum

Propriato Saturnini

no 51





Pp XVIII - 270

OFFICIA
SANCTORUM
PROPRIA,
IN SIGNIS ECCLESIAE
ABBATIALIS
SANCTI SATURNINI MARTYRIS,
TOLOSANÆ CIVITATIS
PROTOPRÆSULIS ET PATRONI.




TOLOSÆ,

Apud Viduam JOANNIS-PETRI ROBERT,
Liberalium Artium Magistri, nec-non Venera-
bilis Sancti Saturnini Capituli Typographi.

1759







OFFICIA
SANCTORUM PROPRIA,
ECCLESIAE S. SATURNINI.
DIE XXVIII NOVEMBRIS.

In Vigilia Sancti Saturnini Episcopi & Martyris.



*I hæc Vigiliæ nihil fit , nisi in
la venerit in Missa.*

*Adventu, nihil fit de ea,
nisi in Missa. Si vero
non venerit in Adven-
tu , fit Officium de Fe-
ria , cum Homilia &
Oratione de Vigilia.*

*Si Festum Sancti
Saturnini venerit in
Dominica , de Vigilia
fit in Sabbato , de Vi-
gilia vero Sancti An-*

*Lectio Sancti Evan-
gélii secundum Joán-
nem.*

Lectio I. Cap. 2.

*Nillo tempore : di-
xit Jesus Discípulis
suis : amen amen dico
vobis , nisi granum
frumenti cadens in
terram mórtuum fuc-*

A ij

rit, ipsum solum ma-
net. Et Réliqua.

Homilia Sancti Au-
gustini Episcopi.

Serm. 280 de diversis.

Cap. 4. n. 5. ¶ 6.

Alia est animá-
rum sine ullis
corpóribus réquies ,
àlia cum corpóribus
coeléstibus cláritas , &
felicitas Angelórum
quibus æquábitur re-
surféntium multitúdo
fidélium : in qua glo-
riosissimi Mártires
præcipua sui honóris
luce fulgébunt , ipsa
que cónpora in quibus
indígnata tormenta per-
péssi sunt , eis digna
in ornaménta vertén-
tur. Unde solemnitá-
tes eórum , sicut fáci-
mus , devotíssime ce-
lebrémus , sóbria hila-
ritate , cafta congrega-

tiónē , fídei cogitatió-
ne , fidénti prædica-
tiónē. Non parva pars
imitatiónis est melio-
rum congaudére vir-
tútibus.

*Responsoria ex feria
occurrente.*

Lection 2.

Illi magni , nos par-
vi ; sed benedíxit
Dóminus pusíllis cum
magnis , præcessérunt ,
præminérunt. Si eos
sequi non valémus ac-
tu , sequámur affectu :
si non méritis , votis ;
si non passióne , com-
passióne ; si non ex-
celléntia , connexióne.
Non nobis parùm vi-
deáatur quòd ejus cór-
poris membra sumus ,
cujus & illi , quibus
æquiparári non pòssu-
mus. Quia si unum
membrum pátitur ,
compatiuntur ómnia

Festa Novembriſ.

5

membra. Glória cápti trum séquimur eídem
unde consúlitur , & cápti subjúngimur ,
superioribus mánibus ad eámdem Jerúsalem
& infimis pédibus. téndimus , eámdem

Lectio 3.

Sicut ille unus ániam suam pro nobis pósuit , ita & incitati sunt Mártires . & ánimas suas pro frátribus pôsuérunt , atque ut ista populórum tanquam gérminum cōpiósa felicitas súrgere , terram suo sanguine irrigavérunt. Fructus labóris , ergo , illórum étiam nos sumus. Mirámur eos , misérántur nos. Gratulámur eis , precántur pro nobis. Omnes eídem Dómino parémus eúmdem magis-

fectámur charitátem , eamdemque ampléc-timur unitátem.

*Ad Laudes & Horas ut in Psalterio.
Dicuntur preces flexis genibus.*

Oratio.

Concéde nobis , quæsumus , omnípotens Deus , ventúram Béati Saturnini Mártiris tui atque Pontificis solemnitátem congruis prævenire honóribus , eamdemque digno pietatis afféctu celebrare. Per , &c.

*A 3

DIE XXIX. NOVEMBRIS.

IN FESTO S. SATURNINI MARTYRIS,
Protopræſulis Tolosani, Civiſatis & Eccle-
ſiæ Patroni,

Duplex primæ Clasſis, cum Octava.

AD I. VESPERAS, non derelicta. *Iſ. 62.*
Antiphona.

Audívi vocem
Dómini dicén-
tis: quem mittam? &
quis ibit nobis? & di-
xi: Ecce ego, mitte
me. *Iſa. 6.*

Pſal. Dixit Dñus,
cum reliq. de Dom. loc.
ultim. Laudáte Dñum
omnes gentes.

Ant. In gentes nunc
mitto te aperire oculos
eorum ut conver-
tantur à tenebris ad
lucem. *Act. 26.*

Ant. Tu autem vocá-
beris quæſita cívitas &

Ant. Perire fáciām
ſculptilia tua, & ſtátuas
tuas de médio tui, &
non adorábis ultra ópe-
ra mánuum tuárum.
Mich. 5.

Ant. Erit tibi Dómi-
nus in lucem ſempitér-
nam, & Deus tuus in
glóriam tuam. *Iſ. 60.*

Capitulum. Iſa. 2.
Incurvábitur ſubli-
mitas hóminum, &
humiliábitur altitudo
virórum, & elevábi-
tur Dóminus ſolus in
die illa: & idóla pе-
nitùs conteréntur.

Hymnus.

Quædies terris tibi
sacra, Martyr,
Hæc nobis sancto ve-
neranda cultu ,
Tu bonus nostros , tua
nos propago ,
Excipe cantus.
Nostra gens per te mo-
do Christiana
Se tibi debet , tibi cef-
sit error ;
Luce lustrasti populos
sub alta
Nocte jacentes.
Démonum cultus , si-
mulácrum divum ,
Sacra cum fanis , &
adhuc madentes
Sordido , vili , pécu-
dum cruento ,
Diruis aras.
Hic labor magnus ;
sed enim feroces ,
Et reluctantes popu-
los doceri ,
Et jugo Christi , tibi
poena major ,
Súbdere gentes.

Cháritas urget ; male
contumáces
Increpas audax. Hó-
minem , deumque
Prædicas Christum ,
nece qui piavit
Crímina mundi.
Hunc Deum , ligno
crucis in probróso
Mórtuum rident , reso-
nare Christum
Non tamen cessas ,
Cúpidus vicíssim
Fündere vitam.
Laus tibi magni Do-
minátor orbis ,
Quos tu creásti , me-
mor usque serva ,
Quem fides veri stu-
diosa trinum
Credit & unum.
Amen.

v. Dóminus dabit
verbum evangelisan-
tibus.

R. Virtute multa.
Psal. 67.

Ad Magnificat.

Ant. Ecce super

montes pedes evange-
lisántis, & annuntián-
tis pacem: célebra Ju-
da Festivitátes tuas, &
redde vota tua. Na-
hum. I.

Oratio.

Deus qui Beáti
Saturníni Már-
tyris tui, atque Pontí-
fícis prædicatione, de
incredulitáris ténebris,
nos vocásti in admirá-
bile Evangélii lumen,
fac ut ejus interces-
sione crescámus in
grátia & cognitió-
ne Dómini nostri Je-
su-Christi, qui tecum
vivit & regnat.

AD MATUTINUM.

Invitatorium.

Deum, qui de té-
nebris nos vocávit
in admirábile lumen
suum * Veníte adoré-
mus. I. Petri 2.

Psalmus Venite.

Hymnus.

Quantis nostra fi-
des empta la-
bóribus !

Quam tot purpúrei
sanguine Mártires
Signátam, caleant ut
sacra pectora,
Transmisére nepó-
tibus.

Hac spirámus adhuc,
vívimus hac fide;

Hinc spes certa venit,
násctur hinc salus.

Si non degéneres nos
séquimur patrem,
Natis laus erit &
Patri.

Ex hoc fonte sacro
plénius háusimus;
Christi religio móri-
bus íntegra

Ad nos usque redit;
plena Deo fluit
His doctrína caná-
libus.

Æternum cita mors
vívere Mártiri

Dum

Dum spondet, próperat
Martyr ovans
mori:

Iia sustinent
Fuso sanguine Mar-
tyres. Amen.

Palmam dum móritur
conféquitur sibi,
Nos firmat, docet &
mori.

IN I. NOCTURNO.

Urbem per médiam ,
víctima nóbilis
Raptáris, lácero cór-
pore púlchrior.

Ant. Factum est
Verbum Dómini ad
eum, dicens: vade in
civitátem & prædica
in eâ prædicatióne
quam ego loquor ad
te. *Jonæ 3.*

Dum taurus rúgiens ,
membra trahit fe-
rox,

Psalmus 61.

Cœlum mente
præoccupas.

N On ne Deo sub-
jécta erit áнима
mea? * ab ipso enim
salutáre meum.

Quo te cumque furor
bábarus ábript,
Fusus vulnéribus sig-
nat iter crux,
Quo sparso véluti sé-
mine lætior

Nam & ipse Deus
meus, & salutáris
meus: * suscéptor
meus non movébor
ámplius.

Surgit christiadum
segés.

Quoúsque irrúitis
in hóminem: * inter-
fícitis univérsi vos:
tamquam paríeti incli-
nato, & macériæ de-
pulsæ!

Sit laus summa Patri ,
summa que Fílio :
Sit par sancte tibi ,
glória Spíritus :

Verúmtamen pre-

Cujus præsídio , præ-

tium meum cogitavé-
runt repellere , cucúr-
ri in siti : * ore suo be-
nedicébant , & corde
suo maledicébant.

Verúmtamen Deo
subjécta esto áima-
mea : * quóniam ab
ípso patiéntia mea.

Quia ipse Deus
meus , & salvátor
meus : * adjútor meus
non emigrábo.

In Deo salutáre
meum , & glória mea:
* Deus auxílii mei , &
spes mea in Deo est.

Speráte in eo , om-
nis congregatio pópu-
li , effundite coram il-
lo corda vestra : * Deus
adjútor noster in æter-
num.

Verúmtamen vani
filii hóminum , men-
dáces filii hóminum
in statéris : * ut decí-
piant ípsi de vanitáte
in idípsum.

Nolíte speráre in
iniquitatē , & rapínas
nolíte concupíscere :
* divítiae si affluant ,
nolíte cor appónere.

Semel locútus est
Deus , duo hæc audi-
vi , quia potestas Dei
est , & tibi Dómine
misericórdia : * quia
tu reddes unicuique
juxta ópera sua.

Ant. Factum est
Verbum Dómini ad
eum , dicens : vade in
civitatem , & prædica
in eâ prædicatiōnem
quam ego loquor ad
te. *Jonæ 3.*

Ant. Fide obedívit
in locum exire quem
accepturus erat in hæ-
reditatēm. *Hæbr. 11.*

Psalmus 107.
Parátum cor meū,
Deus , parátum
cor meum : * cantábo,
& psallam in glória
mea.

Festa Novembris.

ii

Exúrge glótia mea, Judæa Rex meus : *
exúrge psáltérium & Moab lebes spci meæ.
cithara : * exúrgam In Indumæam ex-
dilúculo.

Confítébor tibi in tum meum : * mihi
pópolis Dómine : * & alienígenæ amíci facti
psallam tibi in natió- sunt.
nibus.

Quia magna est su- in Civitátem muní-
per cœlos misericór- tam ? * quis dedúcet
dia tua : * & usque ad me usque in Idu-
nubes véritas tua. mæam.

Exaltáre super cœ- Non ne tu Deus ,
los Deus , & super qui repulisti nos : * &
omnem terram glória non exibis Deus in
tua : * ut liberéntur di- virtutibus nostris ?
lécti tui.

Salvum fac déxtera Da nobis auxílium
tua , & exaudi me : de tribulatione : * quia
* Deus locútus est in vana salus hóminis.
sancto suo. In Deo faciémus
virtutem : * & ipse ad

Exultábo , & dívi- nihilum dedúcet ini-
dam síchimam : * & mícos nostros.

convállem tabernacu- Ant. Fide obedívit
lórum dimétiar. in locum exire quem
Meus est Gálaad , accepturus erat in hæ-
& meus est Manásses : reditatēm. Hæbr. ii.
* & Ephraïm fuscép- Ant. Incitabátur
tio cápit is mei. spíritus ejus in ipso

Bij

videns idololátriæ dé- * transfiérunt in affec-
ditam civitátem. *Act.* tum cordis.

Quam bonus Is-
raël Deus: * his,
qui recto sunt corde!

Mei autem pene
moti sunt pedes: *
pene effusi sunt gref-
sus mei.

Quia zelávi super
iníquos, * pacem pec-
catórum videns.

Quia non est ref-
péctus morti eórum:
* & firmaméntum in
plaga eórum.

In labóre hómi-
num non sunt, * &
cum homínibus non
flagellabúntur.

Ideò tenuit eos su-
pérbia, * opérti sunt
iniquitatē & impietá-
te sua.

Pródiit quasi ex
ádipe iniquitas eórum:

* transfiérunt in affec-
tum cordis.

Cogitavérunt, &
locuti sunt nequitiam:
* iniquitatē in excél-
so lucuti sunt.

Posuérunt in coe-
lum os suum: * & lin-
gua eórum transívit
in terra.

Ideò convertéatur
pópulus meus hic: *
& dies pleni inve-
niéntur in eis.

Et dixérunt: quó-
modo scit Deus, * &
si est sciéntia in ex-
célo.

Ecce ipſi peccató-
res, & abundantes in
sæculo, * obtinuerunt
divítias.

Et dixi: ergo sine
causa justificávi cor-
meum, * & lavi in-
ter innocéntes manus
meas.

Et fui flagellátus
tota die, * & caſ-

tigatio mea in matutinis.

Si dicébam : narrábo sic : * ecce natió nem filiorum tuórum reprobávi.

Existimábam ut cog nóscerem hoc , * labor est ante me.

Donec intrem in sanctuárium Dei : * & intélligam in novísimis eórum.

Verúmtamen propter dolos posuísti eis : * dejecísti eos dum al levaréntur.

Quómodo facti sunt in desolatióne , súbito defecérunt , * periérunt propter iniquitatem suam.

Velut sónnium sur géntium Dómine : * in civitáte tua imáginem ipsórum ad níhil rediges.

Quia inflammátum est cor meum , & re-

nes mei commutati sunt : * & ego ad níhil redáctus sum , & nescívi.

Ut juméntum fac tus sum apud te , * & ego semper tecum.

Tenuísti manum déxteram meam : & in voluntáte tua dedu xísti me : * & cum glória suscepísti me.

Quid enim mihi est in cœlo ? * & à te quid vólui super terram.

Defécit caro mea , & cor meum : * Deus cordis mei & pars mea Deus in ætérnum.

Quia ecce , qui elóngant se à te , peribunt ; * perdidísti omnes , qui fornicántur abs te.

Mihi autem adhærére Deo bonum est ; * pónere in Dómino Deo spem meam.

Ut annúntiem om-

nes prædicatiōnes tuas, dilécti à Deo, elec-
* in portis filiæ Sion. tioñem vestram; quia

Ant. Incitabātur spíritus ejus in ipso vi-
dens idololátriæ dédi-
tam civitátem. *Aet. 17.*

V. Omnes dii gé-
tium dæmónia.

R. Dóminus autem
cœlos fecit. *Psal. 95.*

Lectio I.

De Epístola prima
Beati Pauli Apóstoli
ad Theſſalonicén-
fes. *Cap. 1.*

Grátias ágimus
semper pro ómnibus
vobis, memó-
riam vestri facientes in
oratiōnibus nostris si-
ne intermissiōne, mé-
mores óperis fidei ves-
træ, & labóris, &
charitatis, & sustiné-
tiæ spei Domini nostri
Jesu - Christi, ante
Deum & Patrem nos-
trum: sciéntes fratres

dilécti à Deo, elec-
tioñem vestram; quia
Evangélium nostrum
non fuit ad vos in ser-
móne tantum, sed &
in virtute, & in Spí-
ritu-Sancto, & in plen-
itúdine multa, sicut
scitis quales fuérimus
in vobis propter vos.
Et vos imitatores nos-
tri facti estis, & Dó-
mini, excipiéntes ver-
bum in tribulatiōne
multa, cum gáudio
Spíritus - Sancti; ita
ut facti sitis forma óm-
nibus credéntibus.

R. Noli timére, sed
lóquere, & ne táceas,
propter quod ego te-
cum sum. * Quóniam
pópulus est mihi mul-
tus in hac civitáte. *V.*
Ego autem ero eis in
Deum, & servus
meus princeps in mé-
dio eórum. * Quóniam.
Aet. 18. Ezech. 3.

Lect. 2. Cap. 1. ¶ 2. cens : obmutésce. *
IN omni loco fides
 vestra quæ est ad
 Deum, profecta est, ita
 ut non sit nobis necesse
 quidquam loqui. Ipsi
 enim de nobis annún-
 tiant qualiter intróitum
 habuérimus ad vos ; &
 quómodo convérsi es-
 tis ad Deum à simulá-
 cris , servire Deo vivo
 & vero , & expectare
 filium ejus de cœlis ,
 quem suscitávit ex
 mórtuis , Jesum , qui
 erípuit nos ab ira ven-
 túra. Nam ipsi scitis ,
 fratres, intróitum nos-
 trum ad vos , quia non
 inánis fuit : sed ante
 passi , & contumeliis
 affecti , sicut scitis.

*¶ 2. Descéndit in ci-
 vitátem , & Dæmón-
 ium exclamávit voce
 magnâ , dicens : ve-
 nisti pérdere nos : &
 increpávit illum di-*

Et non sinébat ea lo-
 qui. ¶ Confortátus
 est & ábstulit idóla de
 omni terra. * Et non
 sinébat. *Luc. 4. Para-
 li 15.*

Lectio 3.

FIdúciām habui-
 mus in Deo nos-
 tro, loqui ad vos Evan-
 gélium Dei in multa
 sollicitudine ; exhor-
 tatio enim nostra, non
 de errore , neque de
 immunditia , neque in
 dolo ; sed , sicut pro-
 bati sumus à Deo ut
 crederéatur nobis Evan-
 gélium , ita lóquimur ;
 non quasi homínibus
 placéntes , sed Deo
 qui probat corda nos-
 tra. Neque enim ali-
 quando fuimus in ser-
 móne adulatiónis , si-
 cut scitis : neque in
 occasione avaritiae ;

Deus testis est : nec
quæréntes ab homini-
bus glóriam , neque à
vobis , neque ab áliis.
Cum possémus vobis
óneri esse ut Christi
Apóstoli sed facti su-
mus párvuli in médio
vestrum tanquam si
nutrix foveat filios
suos. Ita desiderántes
vos , cúpidè volebá-
mus trádere vobis non
solum Evangélium
Dei , sed etiám áimas
nostras.

R. Non audiétur
ultra iniquitas in terra
tua : vástitas & contrí-
tio in téminis tuis. *
Et occupábit salús
muros tuos , & portas
tuas laudátio. ¶ Om-
ne maledíctum non
erit amplius , sed sedes
Dei & agni in illa
erunt. * Et occupábit.
Glória Patri. * Et oc-
cupábit. *Is.60. Ap.22.*

IN II. NOCTURNO.

Ant. Deseréntes ce-
remónias patrum suó-
rum , quæ in multitú-
dine Deórum erant ,
unum Deum cœli co-
luérunt. *Judith. 5.*

Psalmus 28.

A fférte Dómino
Filii Dei : * Af-
férte Dómino filios
arietum.

Afférte Dómino gló-
riam & honórem , af-
férte Dómino glóriam
nómini ejus : * adorá-
te Dóminum in átrio
sancto ejus.

Vox Dómini super
aquas Deus majestatis
intónuit : * Dóminus
super aquas multas.

Vox Dómini in vir-
tute : * vox Dómini in
magnificéntia.

Vox Dómini con-
fringéntis cedros : * &
confrínget Dóminus
cedros Libani.

Et

Et commínueret eas luérunt *Judith. 5.*
tanquam vítulum Lí- Ant. Disseminábā-
bani : * & diléctus tur autem verbum Dó-
quemádmodum fílius mini per univérsam
unicórnum. regiónem. *Act. 13.*

Vox Dómini inter-
cidéntis flammam ig-
nis : * vox Dómini
concutiéntis désertum
& commovébit Dó-
minus désertum eades.

Vox Dómini præ-
parántis cervos, & re-
velábit condénsa : * &
in templo ejus omnes
dicent glóriam.

Dóminus dilúvium
inhabitáre facit : * &
sedébit Dóminus Rex
in atérnum.

Dóminus virtúte in
pópulo suo dabit : *
Dóminus benedíctet
pópulo suo in pace.

Ant. Deseréntes ce-
remónias patrum suó-
rum, quæ in multitú-
dine Déorum erant
unum Deum cœli co-

Psalmus 75.
NOtus in iudæa
Deus : * in Israël
magnum nomen ejus.

Et factus est in pa-
ce locus ejus : * & ha-
bitatio ejus in Sion.

Ibi confrégit po-
tentiás árcuum, * ſcu-
tum, gládium & bel-
lum.

Illúminans tu mira-
bíliter à móntibus æter-
nis : * turbáti sunt om-
nes insipiéntes corde.

Dormiérent som-
num suum : * & nihil
invenérunt omnes vi-
ri divitiárum in máni-
bus suis.

Ab increpatiōne tua
Deus Jacob, * dormi-
taverunt qui ascendé-
runt equos.

Tu terribilis es , & regno Dei , in nōmine quis resīstet tibi ? * ex Jesu - Christi baptisa- tunc ira tua.

De cœlo audītum fecīsti judīcium : * ter- ra trémuit & quiévit.

Cum exúrgeret in judīcium Deus , * ut salvos fáceret omnes mansuétos terræ.

Quóniam cogitatio hóminis confitébitur tibi , * & reliquæ co- gitationis diem festum agent tibi.

Vovéte & réddite Dómino Deo vestro , * omnes qui in circúitu ejus affértis múnera.

Terribili & ei qui auffert spíritum prín- cipum , * terribili apud Reges terræ.

Ant. Disseminabá- tur autem verbum Dó- mini per univérsam re- giónem. Act. I 3.

Ant. Cùm credidí- sent evangeliáti de

bántur viri ac mulié- res. Act. 8.

Psalmus 97.

C Antáte Dómino canticum no- vum : * quia mirabí- lia fecit.

Salvávit sibi déxte- ra ejus : * & bráchium sanctum ejus.

Notum fecit Dó- minus salutare suum : * in conspéctu gén- tium revelávit justí- tiam suam.

Recordátus est mi- sericórdiæ suæ , * & veritatis suæ Dómu- Israël.

Vidérunt omnes térmīni terræ , * salu- tare Dei nostri.

Jubiláte Deo omnis terra , * cantáte , & exultáte , & psállite.

Psállite Dómino in cíthara , in cíthara &

voce psalmi : * in tubis losáni & Mártiris.
ductilibus , & voce Apud Ruynardum.
tubæ córneæ.

Jubiláte in cons-
péctu regis Dómini :
* moveátur mare , &
plenitúdo ejus : orbis
terrárum , & qui há-
bitant in eo.

Flúmina plaudent
manu , simul montes
exultábunt à conspéc-
tu Dómini ; * quóniam
venit judicáre terram.

Judicábit orbem ter-
rárum in justitia , * &
pópulos in æquitáte.

Ant. Cùm credi-
dissent evangelísanti
de regno Dei , in nō-
mine Jesu-Christi bap-
tisabántur viri ac mu-
lieres. *Act. 8.*

V. Mirabilis Deus
in sanctis suis.

R. Et Sanctus in
opéribus suis. *Psal. 67.*

Ex passióne Sancti
Saturníni Epíscopi To-

Lectio 4.

TEmpore illo ,
quo post corpó-
reum salvatóris Dó-
mini nostri advéntum ;
exortus in ténebris sol
justitiæ splendóre fidei
illuminare occiden-
talem plagam cœperat ;
Décio & Grato consú-
libus , primum & sum-
mum Christi , Toló-
sa Cívitas Sanctum
Saturnínum habére
cœperat Sacerdótem .
Cùmque dicto Epí-
scopo ad Ecclésiam id
témporis párvulam
juxta Capítólium ,
quod inter Domum
suam & Domum Dei ,
frequens itus esset &
réditus ; Sancti viri
præsentiam sustinére
fallax dæmonum tur-
ba non pótuit. Et ut

C iij

erant multa simuláchra illum occídere & mū-
nonnúllis adumbráta tuo loquebántur: ecce
phantásiis, ad sacríle- venit. * Occidámus
ga obséquia, & solli- éum. ¶ Ego non fo-
cita consuléntium vo- lum alligári, sed &
ta cœpérunt in silén- mori parátus sum
tio permanére. Cuncti propter nomen Dó-
tríaque sacrilegæ superftitionis antístites
mini Jefu. * Occidá-
consuléntes, unde in
numína sua venísset
inuísata taciturnitas;
audiunt à quodam
Religióni nostræ inimíco novam, néscio
quam, surrexisse sec- tam superftitionis gen-
tilitatis inimicam quæ
Christiána appellátur,
& in Deórum suórum
excídium niterétur.
Hujus fidei esse Epíscopum Saturnínum,
cujus ad conspéctum
Deórum suórum ora
silvissent.

RCum vidíssenteum,
antequam accéderet
ad eos cogitáverunt

Act. 21.

Lectio 5.

Inter hæc, cum magna fuísset hó-
minum multitúdo con-
gregata, & parato ad
víctimam Tauro, Deos suos litatióne
tam ingéntis hóstiæ
vel redúcere cuperent,
vel propitiare; ecce
ipsum Saturnínum ad
Officium solémne ve-
niéntem, unus è turba
éminus agnoscit, &
dicit; en ipsum adver-
sarium cùltibus nos-
tris: nostram páriter,
Deorúmque nostró-

rum vindicémus injú-
riam , quos jam nunc
aut sacrificándo pla-
cet , aut moriéndo læ-
tificet . Ad tam sacrí-
legæ vocis impúl-
sum , omnis Sanctum
virum insaniéntium
turba , circúmdat , ac
Præsbítero uno , ac
duóbus Diáconis per-
fugam lapsis , ad Ca-
pitólium solus attráhi-
tur . Et cum immolá-
re Dæmóniis cogeré-
tur clara voce testá-
tur : unum & verum
Deum novi ; huic lau-
dis hóstias immolábo .
Deos vestros Dæmo-
nes scio : quos incás-
sūm non tam hóstiiis
péculdum quam animá-
rum vestrárum mórti-
bus honorátis . Quó-
modo vultis ut eos
ego tímeam , à qui-
bus ut áudio , dícitis
me timéri ?

¶ Venérunt qui
cogerent immoláre ,
& à Lege Dei discéde-
re , & respóndit : *
Ego & filii mei non sa-
crificábimus transgre-
diéntes Legis nostræ
mandáta . ¶ Audiéntes
hæc stridébant déni-
tibus in eum , petén-
tes & acclamántes non
oportére eum vivere
ámplius . * Ego & fí-
lii . Mach . 2 . Act . 7 .

25.

Lectio 6.

AD hanc Sancti
Episcopi vo-
cem , Tauro illo , qui
fuerat víctimæ prepa-
ratus , fune circumác-
to , & post terga de-
misso , sancti pedes
viri ínligant , actum-
que stímulis acríoribus
Taurum de superióri
Capítoli partē in pla-
na præcipitant . Nec

mora inter primos des- spatiósam Basílicam
census ipsius gradus, parans ad venerándi
cápite colliso, cere- Mártiris transferé-
bro que excusso, & das illuc Relíquias,
omni corpore lacerá- ante consumatiónem
to, dignam Deo áni- cæpti óperis recéssit à
mam Christus excépit. sǽculo. Post cujus óbi-
Exánime verò corpus tum Sanctus Exupé-
usque ad eum locum rius Basílicam quam
Tauro furénte perdúc- decéssor suus inchoá-
tum est, ubi duæ mu- verat, consummávit,
liérculæ sexus infirmi- & felíciter dedicávit.
tatem fidei virtute vin- R. Concitavérunt
céntes, & viris ómnibus omnem pópulum, &
fortiores beáti viri injecérunt ei manus,
corpus condidérunt. clamantes, commotá-
Mansit aliquándiu sub que est cívitas tota. *
vili cæspite, donec Et apprehendéntestra-
Sanctus Hilarius in hébant eum. ¶ Dixé-
Tolosána Urbe Epíscopus ordinátus dili- runt contrárius est
génter extrúxit Basí- opéribus nostris, &
licam párvulam ad lo- abstinet se à viis nos-
cum tantùm oratiónis. tris tanquam ab im-
Procedénte de hinc munditiis. * Et ap-
témpore, Sanctus Sílvius prehendéntes. Glória
Episcopátum su- Patri. * Et apprehe-
pradictæ Civitatis in- dentes. Aet. 21. Sap. 2.
déptus, pulchram &

IN III. NOCTURNO.
Ant. Usque ad vos

pervénimus in Evan-
géllo , non gloriáentes
in aliénis labóribus. 2.
Cor. 10.

Psalmus 39.

Expéctans expec-
távi Dóminum ,
*& inténdit mihi.

Et exaudívit pre-
ces meas : * & edúxit
me de lacu misériæ &
de luto fœcis.

Et státuit super pe-
tram pedes meos : * &
diréxit gressus meos.

Et immisit in os
meum cánticum no-
vum , * carmen Deo
nóstro.

Vidébunt multi &
timébunt : * & sperá-
bunt in Dómino.

Beatus vir cujus est
nomen Dómini spes
eius : * & non respéxit
in vanitátes & insánias
falsas.

Multa fecisti tu Dó-

mine Deus meus , mi-
rabília tua : * & cogi-
tationibus tuis non est
qui similis sit tibi.

Annuntiávi , & lo-
cútus sum : * multipli-
cati sunt super núme-
rum.

Sacrificium & obla-
tionem noluísti : * au-
res autem perfecisti
mihi.

Holocáustum &
pro peccáto non pos-
tulásti : * tunc dixi ec-
ce vénio.

In capite libri scrip-
tum est de me , ut
fácerem voluntátem
tuam , * Deus meus vó-
lui , & legem tuam in
médio cordis mei.

Annuntiávi justí-
tiám tuam in Ecclésia
magna , * ecce lábia
mea non prohibébo :
Dómine , tu scisti.

Justitiám tuam non
abscóndi in corde
* C 2

meo: * veritatem tuam quærunt animam meā,
& salutare tuum dixi. * ut auferant eam.

Non abscondi misericordiam tuam, &
veritatem tuam, * à
consilio multo.

Tu autem, Dómine, ne longè fáciás
miseratiónes tuas à
me: * misericórdia
tua & véritas tua sem-
per suscepérunt me.

Quóniam circum-
dedérunt me mala,
quorum non est númerus: * comprehen-
dérunt me iniquítates
meæ, & non pótui ut
vidérem.

Multiplicátæ sunt
super capillos cápití
mei: * & cor meum
derelíquit me.

Compláceat tibi,
Dómine, ut éruas me:
* Dómine ad adjuván-
dum me résponce.

Confundántur & re-
vereántur simul, qui

Convertántur re-
trósum & revereán-
tur, * qui volunt mi-
hi mala.

Ferant confestim
confusióinem suam, *
qui dicunt mihi: euge,
euge.

Exultent & lætén-
tur super te omnes
quæréntes te, * & di-
cant semper: magnifi-
cétur Dóminus, qui
diligunt salutáretum.

Ego autem mendí-
cus sum & pauper: *
Dóminus sollícitus est
mei.

Adjútor meus, &
protector meus tu es:
* Deus meus ne tar-
dáveris.

Ant. Usque ad vos
pervénimus in Evan-
gélío, non gloriántes
in alienis labóribus. 2.
Cor. 10.

Ant.

Ant. Desiderántes auxílium abs te: * af-
vos cúpide , volebá- censiōnes in corde suo
mus trádere vobis non dispósiuit , in valle la-
solum Evangélium , crymárum , in loco
sed etiā ánimas nos- quem pósuit.
tras. *I. Theſſ. 2.*

Psalmus 83.

Quam dilécta ta- bernácula tua , Dómine virtútum! * concupíscit & déficit áнима mea in átria Dómini.

Cor meum & caro mea , * exultavérunt in Deum vivum.

Etenim passer invéni sibi domum: * & tur- tur nidum sibi ubi po- nat pullos suos.

Altária tua , Dómi- ne virtútum : * Rex meus & Deus meus.

Beáti qui hábitant in domo tua , Dómi- ne: * in fæcula fæculó- rum laudábunt te.

: Beátus vir cujus est

censiōnes in corde suo dispósiuit , in valle la- crymárum , in loco quem pósuit.
Etenim benedictió- nem dabit legislátor , ibunt de virtúte in vir- tútem: * vidébitur Deus Deórum in Sion.

Dómine Deus vir- tútum , exáudi oratió- nem meam : * áuribus pérceipe Deus Jacob.

Protéctor noster áf- pice Deus: * & réspice in fáciem Christi tui.

Quia mélior est dies una in átriiis tuis , * su- per millia.

Elégi abjéctus esse in domo Dei mei: * magis quam habitare in tabernáculis pec- catórum.

Quia misericórdiam & veritátem díligit Deus: * grátiam & gló- riadabit Dóminus,

D

Non privabit bonis meus, sperantem in te;
eos qui ambulant in Miserere mei; Dó-
innocentia: * Dómine mine, quóniam ad te
virtutum, beatus ho- clamávi tota die; *
mo qui sperat in te. lætifica ánimam servi

Ant. Desiderantes tui, quóniam ad te,
vos cúpide, volebá- Dómine, ánimam
mus trádere vobis non meam levávi.
solum Evangélium, Quóniam tu, Dó-
sed etiám áimas nos- mine, suávis & mitis,
tras. *1. Theff. 2.* * & multæ misericór-
diæ ómnibus invocán-
tibus te.

Ant. Labóro usque Aúribus pércepe,
ad víncula, quasi ma- Dómine, orationem
le óperans: ídeo óm- meam: * & intén-
nia sustíneo propter de voci deprecationis
eléctos, ut & ipsi sa- meæ.
lútem consequántur. In die tribulatióinis
2. Tim. 2. meæ clamávi ad te: *
quóniam exaudi stime.

Psalmus 85. Noa est símilis tuī
Inclina, Dómine, in diis, Dómine: * &
laurem tuam, & non est secundum ópe-
exaudi me: * quóniam inops & pauper sum
ego. rata tua.

Custodi ánimam Omnes gentes qua-
meam, quóniam Sanc- cùmque fecisti, vé-
tus sum: * salvum fac nient, & adorábunt
servum tuum, Deus coram te, Dómine:

* & glorificabunt nomen tuum.

Quóniam magnus es tu, & fáciens mirabilia : * tu es Deus solus.

Deduc me, Dómine, in via tua, & ingrédiar in veritatem tua:
* létetur cor meum ut timeat nomen tuum.

Confitébor tibi, Dómine Deus meus, in toto corde meo, * & glorificabo nomen tuum in æternum.

Quia misericordia tua magna est super me: * & eruisti animam meam ex inferno inferióri.

Deus, iniqui insurrexerunt super me, & synagoga potentium quæsíerunt animam meam; * & non proposuerunt te in conspectu suo.

Et tu, Dómine

Deus miserátor & misericors, * pátiens & multæ misericordiæ & & verax.

Réspice in me, & miserere mei : * da impérium púero tuo: & salvum fac filium ancillæ tuæ.

Fac mecum signum in bonum, ut videant qui odérunt me, & confundántur : * quóniam tu, Dómine, adjuvísti me, & consolátus es me.

Ant. Labóro usque ad vincula, quasi male óperans: ídeo ómnia sustíneo propter éléctos, ut & ipsi salutem conséquántur.

2. Tim. 2.

v. Dóminus mihi adjutor.

v. Non timébo quid fáciat mihi homo.

Psal. 117.

Dij

Lectio Sancti Evangeli
lii secundum Mar-
cum.

Lectio 7. Cap. 16.

IN illo tempore : dixit Jesus Discipulis suis : euntes in mundum universum , prædicate Evangelium omni creaturæ. Et reliqua.

Homilia Sancti Au-
gustini Episcopi.
Tom. 5. Serm. 233.

Audistis quid dixerit Dominus Discipulis suis post resurrectionem. Misit eos ad Evangelium prædicandum , & factum est. Prædicatum est Evangelium , pervenit ad nos. Brevisiter constituit nobis , loquens Discipulis suis , quid faciamus , quid speremus ; ait enim

qui crediderit & baptisatus fuerit salvus erit. Exigitur à nobis fides , offertur salus. Exigite fidem , evigilete cor vestrum : recordamini hominem à quo redempti sumus. Ille homo numquid filius hominis ? Adam homo erat. Filius hominis non erat. Ideo Dominus Christus assidue se dicit filium hominis , ut faciat nos recordari hominem , qui non fuit filius hominis : ut recordemur in illo mortem , in isto vitam , in illo peccatum , in isto remissionem peccatorum ; in illo vinculum , in isto libertatem ; in illo damnationem , in isto absolutiōnem.

R. Cum apud vos essēmus , prædicabāmus vobis passūros

nos tribulatiōnes , si-
cūt & factum est , &
scitis . * Consolāti su-
mus in omni tribula-
tiōne nostra per fidem
vestram . ¶ Circum-
dedérunt mē vītuli
multi , tauri pingues
obsedérunt me : sicut
aqua effusus sum , &
dispérsa sunt ómnia of-
sa mea . * Consolāti su-
mus . I. Thess . 3.
Psal. 21.

Lectione 8.

SAlvátor venit ,
mórtuus est , sed
mortem occidit : finí-
vit in se quam timebá-
mus ; fuscépit illam &
occidit illam . Ubi est
mors ? Quære in Chris-
to . Jam non est , sed
fuit , & mórtua est ibi .
O vita mors mortis !
bono ánimo estote .
moriétur & in nobis .
Quod præcessit in cá-

pite , reddétur in
membris : moriétur &
in nobis mors . Sed
quando ? In fine sæ-
culi , in resurrectiōne
mortuórum quam cré-
dimus : qui enim cre-
diderit & baptisátus
fuerit , ipse salvus erit .
Séquere quod tímeas :
qui autem non credí-
derit condemnabitur .
Ergo mors moriétur
in nobis ; viçtúra est
in damnátis . Ubi mors
nesciet mortem , sem-
pítéra mors erit , quia
ætérrna torménta erunt .
In nobis moriétur , &
non erit . Vultis nos-
se ? Dico vobis pauca
verba triumphántium ,
ut habeáatis quod me-
ditémini , quod corde
cantétis , quod toto
ánimo sperétis , quod
fide & bono ópere re-
quiráatis .

¶ Non in vacuum

cucurri, neque in vacuum laboravi ; sed et si immolor super sacrificium fidei vestrae gáudeo & congratular omnibus vobis. * Idípsum autem & vos gaudete & congratulamini mihi. ¶ Hic est fratrum amator & populi : hic est qui multum orat pro populo & universa civitate. * Idípsum. Glória Patri. * Idípsum. Philip.2. 2.Mach.15.

Lección 9.

Audite verba triūphantium, quando non erit mors. Paulus Apóstolus dicit : opórtet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Tunc fiet sermo qui scriptus est, absórpta est mors in

victoria. Ista est mors mortis, absorbébitur ut non appáreat. Gaudient triumphantes, gáudeant, dicant quod séquitur : ubi est mors victoria tua ? Ubi est mors aculeus tuus ? Ubi est ? Non ne confrégit illum Dóminus meus ? O mors quando Dómino meo hæsisti, tunc & mihi periiisti. Ista salúte salvus erit qui credíderit & baptisátus fuerit : qui autem non credíderit condemnábitur. Fugite condemnationem, amáte, & speráte vitam æternam.

Te Deum laudamus, &c.

AD LAUDES

Et per Horas.

Ant. Grátia data est mihi in vobis : Evan-

gélii factus sum mi- ego vos génu: rogo
níster secúndum ope- ergo vos , imitátóres
rationem virtutis Dei. mei estote. 1. Cor. 4.

Eph. 2.

Psal. Dóminus reg-
návit. *Cum reliquis de-*
Dominica.

Ant. Nonne opus
meum vos estis in Dó-
mino ? Etsi áliis non
sum Apóstolus , sed
tamen vobis sum, nam
signaculum Apostolá-
tus mei vos estis. 1.

Cor. 9.

Ant. Excipiéntes
verbum cum gaúdio
Spíritus-Sancti , con-
vérsi estis ad Deum à
simuláchris , servire
Deo vivo & vero. 1.
Theff. 1.

Ant. Quæ est nos-
tra spes aut gaúdium ,
aut coróna glóriæ ?
Non ne vos ante Dó-
minum. 1. Tim. 2.

Ant. In Christo Je-
su per Evangélium

Capitulum. 1. Theffa.

F Ratres , rogámus
vos , & obsecrá-
mus in Dómino Jesu ,
ut quemádmodum ac-
cepistis à nobis , quó-
modo opórteat vos
ambuláre , & placére
Deo , sic & ambulétis ,
ut abundétis magis.

Hymnus.

A D sacros cíne-
res curríte , cí-
vitas ,
Sunt hæc plena Deo ,
pignora Mártyris.
Hic cunæ fidei , fúne-
ris in sinu.
Vitam plénius haú-
simus.
Hic quot prodigiis se
Deus áfferit !
Hic surdi páculis aúri-
bus aúdiunt ;

- Cœcis & sua lux redit
ditur, & suus
Contrâctis vigor
ártibus.
- Ultor nempe Deus,
non méritatæ necis
Saceris opprobrium
pensat honóribus.
- Claros prodigiis, ac
venerabiles
Ipsos vel tumulos
facit.
- Talis depôsiti nos sumus, & simul
Custodes fidei: nos super excubat
- Ex illa spécula; de cæthdra docet
- Plenus nûmine Póntifex.
- Patri máxima laus, máxima Filio,
- Ambórumque sacro, máxima flâmini,
- Qui dat Martíribus mille neces pati
- Et per fúnera vîncere. Amen.
- ¶ Nos populus
- tuus & oves pâscuæ tuæ.
- R. Confitébimur tibi in sæculum. Ps.78.
- Ad Benedic̄tus.
- Ant. Zelando zelum Dei accépit testaméntum Sacerdótii in ætérnum: dum zelaret zelum legis recéptus est in cœlum. I. Mach. 2.
- Oratio.

D Eus qui Beati Saturnini Mártyris tui atque Pontificis prædicatiōne, de incredulitatisténebris, nos vocâsti in admirabile Evangélii lumen, fac ut ejus intercessiōne crescámus in grátia & cognitiōne Domini nostri Jesu - Christi. Qui tecum vivit, &c.

AD TERTIAM.

Ant. Non ne opus meum.

Cap.

Cap. 1. Cor. 12. enim honórat Patrem
Scum gentes effétiſ, quóniam in Fíliis.
Secundum br. Patres nos ad simuláchra muta tti. * Annuntiavérunt prout ducebámīneún- nobis. Patres nostri. tes.

R. Confundán- rátus es in diébus antí-
 tur omnes. * Qui adó- quis. * Annuntiavé-
 rant sculptília. Con- runt nobis. Glória Pa-
 fundántur. tri. Patres nostri. *Psal.*

V. Et qui glorián- 43. **V.** Redémit nōs ab
 tur in simuláchris suis. inimícis nostris.
 * Qui adórant. Gló- **R.** Quóniam in
 ria Patri. Confundán- ætérnum misericórdia
 tur. ejus. *Psal.* 135.

R. Erubéſcant ím- **A D N O N A M.**
 pii & deducántur in

inférnum. **Ant.** In Christo
 dolóſa. Jesu.

A D S E X T A M.

Ant. Excipiéntes verbum.

Cap. Eccles. 3. **N**ihil véreor, nec
Judíciū Patris au- facio ánimam
 dite Fílii, & sic fá- meam prætiosíorem
 cíte ut salvi sitis: Deus quam me, dummodo
 consúmmem cursum
 meum, & ministérium
 verbi quod accé- **E**

Cap. Act. 20.

pi à Dómino Jesu tes- lit abominatiōnes im-
tificari Evangélium pietatis. *Eccl. 49.*
gratiæ Dei.

¶. br. Beáta gens.
* Cujus est Dóminus
Deus ejus. Beáta gens.

¶. Pópulus quem
elégit in hæreditatēm
fibi. * Cujus est. Gló-
ria Patri. Beáta gens.
Psal. 32.

¶. Speráte in eo om-
nis congregatiōnē
pópuli.

¶. Effundite coram
illo corda vestra.

AD II. VESPERAS.

Ant. Hic est qui
fuit in Ecclésia cum
Pátribus nostris, qui
accépit verba vitæ da-
re nobis. *Act. 7.*

Psal. de Dominica,
*loco ultimi Lauda Je-
rusalem Dóminum.*

Ant. Ipse est diréc-
tus divinitus in pœni-
tentiā gentis, & tu-

lit abominatiōnes im-
peditus. *Eccl. 49.*

Ant. Edóctus viam
Dómini, & fervens
spíritu loquebátur, &
docébat diligénter ea
quaे sunt Jesu. *Act. 18.*

Ant. Máximus in sa-
lútem electórum Dei,
quam glóriam adép-
tus est. *Eccl. 56.*

Ant. Fide plúri-
matm hóstiam óbtulit
Deo per quam testi-
mónium consecútus
est esse justus, & de-
functus adhuc lóqui-
tur. *Hebre. 11.*

Cap. *Hebre. 13.*

Mementóte præ-
positórum ves-
trórum, qui vobis lo-
cuti sunt verbum Dei,
quorum intuéntes exi-
tum conversatiōnis
imitámini fidem.

Hymnus ut in pri-
mis *Vesperis.*

¶. Protéctor noster
aspice Deus.

¶. Et respice in fā-
ciem Christi tui. Psal.

83. 10.

Ad Magnificat.

Ant. Státuit ei testa-
mémentum ætérnum , &
dedit illi sacerdótium
gentis & beatificávit
illum in glória : pro
eo quod trádidit in
mortem ánimam suam.
Eccli. 45.

Oratio ut suprà.

Deinde fit comm. S.
Andreae. Apost. & Fe-
riæ Advent. si occurrat.

DIE XXX. NOVEMBRIS.

*Fit de Sancto An-
dreæ sine comm. Oct.
S. Saturnini , nisi in
secundis Vesperis , si
de ea fiat sequenti die.*

Ant. Státuit ei testa-
mémentum.

¶. Protéctor noster.
Oratio. Deus qui
Beáti.

DIE I. DECEMBRIS.

Tertia die infr. Octa-
vam Sancti Saturnini.

Totum Officium ut
in die præter ea quæ
hic notantur.

In I. Nocturno ,
Lectiones de scriptura
occur.

IN II. NOCTURNO.

Sermo Sancti Augus-
tini Episcopi.

In natali S. Cypr. 12.

Sermónem éxigit
tam gráta , & reli-
giósa solémnitas , quâ
Passióne Beáti Már-
tyris Saturníni cele-
brámus. Tristis pro-
cul dúbio tunc Ecclé-
sia fuit , non damno
* E ij

cadéntis , sed desidé- ſolum alligári ſed & río recedéntis , ſem- moriparátus ſum prop- per cùpiens vidére ter nomen Dómini Je- p्रæſéntem tam bo- fu. * Occidámus eum. num rectorēm , atque Gen. 37. Act. 21.

Doctórem. Sed quos afflíxerat follicitúdo certáminis , confoláta eſt coróna victoris. Et nunc non ſolū ſine uilla triftitia , verum etiam cum ingénti lætitia , cuncta quæ tunc geſta ſunt , legéndo re- cólimus , diéque iſto gaudére nobis concéſſum eſt , non timére. Neque enim formidá- mus terribiliter ve- niéntem , ſed expectá- mus hiláriter redeün- tem.

R. Cum vidiffent eum , ántequam accé- deret ad eos cogitavé- runt illum occidere & mūtuò loquebántur : ecce venit. * Occidámus eum. V. Ego non

Lección 5. Paulo post.

V Icínâ corporis morte non moriebátur in ánima paſ- toris vigilántia paſtoralis , & cura tuéndi Domínici gregis. Uſque ad extrémum vi- taे hujus diem mente ſobriâ tenebátur , nec exutiébat ab ánimo diligéntiam fidelíſſi- mi diſpenſatōris , ma- nus tam próxima crúenticarníficis. Itaſe Mártyrem cogitábat futúrum , ut eſſe non obliuſcerétur Episco- pum , magis curans , quam ratiōnem Paſtō- rum príncipi de com- mīſſis ſibi óvibus red- deret , quam quid in-

fidéli de fide própria exhortationibus suis respondéret. Amábat quippe eum qui Petro díixerat : amas me ? Pasce oves meas , & pascébat oves ejus , pro quibus sanguinem fündere , illum ímitans , præparábat.

R. Venérunt qui cogerent immolare & à lege Dei discédere , & respóndit * Ego & filii mei non sacrificábimus transgrediéntes legis nostræ mandáta.
¶. Audiéntes hæc stridébant déntibus in eum , peténtes & acclamántes non opor tére eum vívere ámplius. * Ego & filii mei. Mach. 2. Act. 7. 25.

Lectione 6. Circa finem.

PRæcésserant eum multi Mártires , quos flagrantíssimis

ad vincéndum diábolum accénderat : & erat útique justum , ut quos verídicus loquén do præmiserat , pa tiéndo intrépidus se querétur. Quid ad hæc dicámus ? Quid ad hæc exultémus tanta conceptione gaudiórum ? In quid erúmpat cor nostrum , & os nostrum ? Habéntes memóriam præséntis loci , Festivitátem solemníssimi diei , propositiōnem salubéri mi exémpli , ómnibus medullis nostris dicámus , Deo grátias.

R. Concitavérunt omnem pòpulum , & injecérunt ei manus , clamántes : commotá que est cívitas tota. *

Et apprehendéntestra hébant eum. ¶. Dixérunt contrárius est

opéribus nostris , & numquam prædicatú-
ábstinet se à viis nostris ri fuíssent , nisi diví-
tanquam ab immundí- na móvente grátia.
tiis. * Et apprehendén- Eam rem excutiámus ,
tes. Glória Patri. * Et ostendámusque non
apprehendéntes. *Act.*
21. Sap. 2.

IN III. NOCTURNO.

**Lectio Sancti Evangé-
lii secundum Mar-
cum.**

Lectio 4. Cap. 16. 15.

IN illo tempore : di-
xit Jesus Discípulis
suis , cúntes in mun-
dum univérsum , præ-
dicáte Evangélium
omni creatúræ. Et ré-
liqua.

**Homilia Sancti Joán-
nis Chrisóstomi.**

**Hom. 7. in Epist. I.
ad Cor. N°. 6.**

APóstoli ea quæ
prædicáverunt

ri fuíssent , nisi diví-
na móvente grátia.
Eam rem excutiámus ,
potuísse eos id suscipe-
re , vel cogitare , nisi
Christum secum ha-
buíssent , non quia im-
becílli advérsus fortes ,
non quia pauci contra
multos , non quia
paúperes contra dívi-
tes , non quia indócti
contra sapiéntes áciem
instruébant , sed quia
præjudicatæ opiniónis
magna vis erat. Scitis
enim nihil apud hó-
mines valídius esse vé-
teris consuetudinis ty-
ránnide ; máxime cum
de cultu religiónis , &
de Dei glória ágitur.

**R. Cum apud vos
essémus , prædicábá-
mus vobis passúros
nos tribulatiónes , si-
cūt & factum est &**

scitis. * Consolati sumus in omni tribulatione nostra per fidem vestram. ¶ Circumderunt me vultuli multi, tauri pingues obsedent me: sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia offa mea. * Cosolati sumus.

Lectione 8. n. 7. ¶ 8.

Aliud erat matus impedimentum, quod non modo consuetudo tam antiqua mutaretur; sed etiam quod mutatio illa cum periculo fieret. credenter statim accidébat publicari, pelli, à patria excidere, ab omnibus odio habéri, communem hostem esse & suis & alienis. Ad consuetudinem & ad pericula id addas quod hæc præcepta onerosiora essent, & ea à quibus abducébant lévia & facília. Nam à fornicatione ad castitatem vocabant, ab amore vitae ad mortem, ab ebrietate, ad jejuniū, à risu ad lácrymas & compunctionem, ab avaritia ad paupertatem. Quid ergo illos? An non virtus ejus qui prædicabatur, ut palam est.

¶ Non in vacuum cucurri, neque in vacuum laboravi, sed eti si immolor super sacrificium fidei vestræ gaudeo & congratulor omnibus vobis. * Id ipsum autem & vos gaudete & congratulamini mihi. ¶ Hic est fratum amator & populi: hic est qui multum orat pro populo & universa civitate. * Id ipsum. Glória Pa-

tri. * Idípsum. Philip.

2. z. Mach. 15.

Lectione 9. n. 9.

MAgnum est miraculum quod bárbaris homínibus persuáserint, ut tales fidem fuscíperent, & bonam de futúris spem habérent, ac depósta priórum peccatórum sárcina cum magna alacritáte, deinde pro virtúte labóres fuscíperent; ómnibus corpóreis rebus superiores effécti spirituália accíperent dona.

Te Deum, &c.

Fit commem. Feriæ si venerit in Adventu.

In Vesperis à capitulo fit de Sancta Bibiana. Cum comm. Octavæ. Item Feriæ Adventus si occurrat.

DIE II. DECEMBRIS.

In Feste Sanctæ Bibianæ Virg. & Mart. semiduplex.

In Laudibus fit commem. Oct. & Feriæ Adventus, si occurrat. Vesperæ de S. Francisco Xaverio, cum commem. S. Bibianæ. Oct. & Feriæ.

DIE III. DECEMBRIS.

In Feste S. Francisci Xaverii Conf. non Pont. Duplex.

In Laudibus fit comm. Oct. & Feriæ.

In secundis Vesperris fit comm. S. Barbaræ Virg. & Mart. Oct. & Feriæ.

DIE IV. DECEMBRIS.

In Feste Sanctæ Barbaræ

Festa Decembris.

41

Baræ Virg. & Mart. In i. Noctur. Lec-
semiduplex. tiones de scriprura oc-

*In Laudibus fit
comm. Oct. & Feriæ.*

*In secundis Vespe-
ris fit de S. Petro Chri-
sologo cum comm. S.
Barbare Oct. Feriæ &
S. Sabæ.*

*In i. Noctur. Lec-
tiones de scriprura oc-
currente*

IN II NOCTURNO.

Sermo Sancti Joánnis-
Chrisóstomi.

Lection 4. de Sancto
Ignatio.

DIE V. DECEMBRIS.

*In Festo S. Petri
Chrisologi Episc. &
Conf. Duplex.*

*In Laudibus fit
comm. Oct. Feriæ &
S. Sabæ.*

*In Vesperis à cap.
de die Oct. ut in i. Ves-
peris comm. preceden-
tis & Feriæ.*

TEmpus animad-
vérte, fratres,
quo dignitatem Epis-
copalem Beatus Satur-
ninus est assécutus. Ne-
que enim est éadem
nunc, quæ tunc erat
Ecclésiam gubernandi
conditio: non æquá-
lis est labor, viam tri-
tam & planè parátam
post multos íngredi
viatóres; atque eam,
quæ nunc primo se-
cunda est, quæque
prærupta, & faxósa,
ferisque plena, nec
ullum adhuc viatórem
admísit. Tunc autem,

E

DIE VI. DECEMBRIS.

*In Octava Sancti
Saturnini Duplex;
omnia ut in die, ex-
ceptis Lectionibus.*

quocumque quis oculos videret, ubique præcipitia, Bárathra, & Bella, & pugnæ, & pericula: Imperatores & Reges, & populi & Civitates, & Gentes & Doméstici, & alieni credéntibus insidias tendébant.

R. Cum vidíssent eum, antequam accéderet ad eos cogitáverunt illum occídere & mütuo loquebántur: ecce venit. * Occidamus eum. *V.* Ego non solum alligári sed & mori parátus sum propter nomen Dómini Jesu. * Occidamus eum. Gen. 37. Act. 21.

Lección 5. Paulo post.

Quemadmodum igitur gubernatorem admirámur, non quod vectores

possit in portum incálculos lumes dúcere, cum mare tranquillum est, cumque navis fertur ventis secúndis: sed cum insaniénte pélago, ventis que fæviéntibus, qui in navi sunt inter se difféniunt, magna tempestáte intus & foris navigantes exagitánte, navim tamén potest dirígere & conserváre. Sic eos qui tunc Ecclésiam regébant, multo magis quam illos qui eam in præséntia gubernant, suspícere debémus & admirári, quando multa bella intus & foris: quando fidei planta imbecíllior eratadhuc, & diligéntia magis indigébat: quando véluti modò génitus infans Ecclésiæ pópulus magnam providen-

tiam atque sapiéntiam & ad struéndas aptus
ánimæ, a qua nutrién-
dus esset postulábat.

R. Venérunt qui
cogerent immolare &
à Lege Dei discédere,
& rеспóndit. * Ego &
Fílli mei non sacrifi-
cábimus transgredié-
tes Legis nostræ man-
dáta. **v.** Audiéntes hæc
stridébant déntibus in
eum, peténtes & ac-
clamántes non oporté-
re eum vívere ám-
plius. * Ego & Fílli.
Mach. 2. Act. 7. 25.

Lectio 6. Paulo post.

VErùm ne torum
tempus in Epif-
copátus consideratió-
ne collocántes, ab iis
quæ ad eum uti Már-
tyrem spectant, enar-
rándis excludámur:
age ad illíus certámi-
na contendámus. Ver-
sútus enim diábolus,

insídiás, existimábat,
si Pastóres sustulísseret,
ovília se facile direptú-
rum. Sed qui compre-
héndit astútos in eó-
rum astútia, ostén-
dens Ecclésias suas
non ab homínibus gu-
bernári, sed eos, qui
in ipsum credunt, sem-
per à se regi; id fieri
permittébat, ut cum
céneret, rectóribus
sublátis, non tamen
religiónem deléri, nec
veritatis prædicatió-
nem extíngui, sed pó-
tius augéri: ex rebus
ipsis, & ipse, & qui ei
inseriébant omnes in-
telligerent, Christia-
norum disciplinam
non ab homínibus
pendére, sed in cœlis
radíces ágere, Deúm-
que esse, qui ubique
Ecclésias tuerétur.

R. Concitavérunt
Fij

omnem pôpulum , &
injecérunt ei manus ,
clamântes : commotâ-
que est cívitas tota. *
Et apprehendéntes tra-
habant eum. ¶ Dixé-
runt contrárius est opé-
ribus nostris , & absti-
net se à viis nostris
tanquam ab immun-
ditiis. * Et apprehe-
dentes. Glória Patri.
* Et apprehendéntes.
Act. 21. Sap. 2.

In Evang. 29. n. 2.

POtest omnis crea-
tûræ nômine, om-
nis Natio Gentilium
designâri. Ante enim
dictum fuerat: in viam
gêntium ne abiéritis ;
nunc autem dicitur
prædicâte omni crea-
tûræ, ut scilicet prius à
Iudea Apostolórum
repulsa prædicatio ,
tunc nobis in adjutó-
rium fieret , cum hanc
illa ad damnationis suæ
testimónium supérba
repulisset. Sed cum
Discípulos ad prædi-
candum véritas mit-
tit, quid áliud in mun-
do facit , nisi grana
séminis spargit ? Et
pauca grana mittit in
sémine, ut multarum
míssum fruges recí-
piat ex nostra fide.
Neque enim in uni-
vérso mundo tanta si-

IN III. NOCTURNO.

Lectio S. Evangélîi se-
cundum Marcum.

Lectio 7. Cap. 16.

IN illo tempore : di-
xit Jesus Discípulis
suis : cùntes in mun-
dum univérsum , præ-
dicâte Evangélîum
omni creatûræ. Et ré-
liqua.

Homilia Sancti Gre-
górii Papæ.

délium messis exúrge-
ret , si de manu Dó-
mini super rationálem
terram illa élæcta gra-
na prædicántium non
venissent.

R. Cum apud vos
essémus , prædicábá-
mus vobis passúros
nos tribulatiōnes , si-
cut & factum est &
scitis. * Consoláti su-
mus in omni tribula-
tiōne nostra per fidem
vestram. *V.* Circum-
dedérunt me vituli
multi , tauri pingues
obsedérunt me : sicut
aqua effusus sum , &
diſpersa sunt ómnia
os̄ta mea. * Consoláti
sumus. *I.* Thess. 3.
Psal. 21.

Lectio 8. n. 3.

Qui credíderit ,
& baptisátus
fuerit salvus erit : qui
verò non credíderit
condemnábitur. For-

táſſe unusquísque apud
semetípſum dicat : ego
jam créddiſi ſalvus ero.
Verum dicit , si fidem
opéribus tenet. Vera
étenim fides eſt , quæ
in hoc quod verbis di-
cit móribus non con-
tradícit. Hinc eſt enim ,
quod de quibúſdam
fallīſ fidélibus Paulus
dicit : qui confiténtur
ſe noſſe Deum , factis
autem negant. Quod
cum ita ſit , fidei noſ-
træ veritátem in vitæ
noſtræ conſideratiōne
debémus agnoscere.
Tunc enim veráciter
fidéles ſumus , ſi quod
verbis promittimus ,
opéribus implémus.
In die quippe baptis-
matis ómnibus noſan-
tíqui hostis opéribus ,
atque ómnibus pom-
pis abrenuntiāre pro-
míſimus. Itaque unuſ-
quísque veſtrum ad

consideratiōnem suam ejicient , linguis Io-
mentis óculos redū-
cat : & si servat post
baptismum quod ante
baptismum spopón-
dit , certus jam quia
fidélis est , gaúdeat.

R. Non in vacuū cu-
cúrri , neque in vacuū
laborávi , sed et si im-
molor super sacrifici-
um fidei vestræ gaú-
deo & congratulor
omnibus vobis . * Idíp-
sum autem & vos gau-
dete & congratulámi-
ni mihi . ¶ Hic est fra-
AT illis ait: Cá-
licem quidem
meum bibétis, & bap-
tismo quo ego baptis-
tor, baptisabímini,
mortem sic appellans:
nam & Jacóbo gládio
caput abscíssum, &
multóties mórtuus est
Joánnes. Sedére au-
tem ad déxteram
meam, & ad sinístram
non est meum dare sed
quibus parátum est.
Quod hic dicit est hu-
jusmodi: vos quidem
moriémini, occidémi-
ni, & honórem mar-
tyrii obtinébitis; sed
ut ómnium primi sitis,

non est meum dare , ipsius esse solius dare ,
 sed eorum qui decer-
 tant accipere ob ma-
 jorem animi alacritá-
 tem. Id enim præstán-
 dum habet certámi-
 num árbiter , ut non
 témerè , aut quoquó-
 modo præmia largia-
 tur , sed honorem for-
 titudini déferat : hoc
 nimírum & Christus
 facit ; & ita locútus
 est , ut indicáret non
 sed eorum qui decer-
 tant accipere. Nam si
 solius esset ipsius , om-
 nes homines salvi fie-
 rent , & ad agnitionem
 veritatis venirent. Si
 solius esset ipsius , dif-
 ferentes honores non
 essent ; omnes enim
 ipse cóndidit , & æquá-
 litèr est illi cura de
 omnibus.

Te Deum , &c.

DIE XVII. OCTOBRIS.

In Feste Sanctarum Puellarum Virginum ,

Duplex.

Omnia de communi Virgin. exceptis his quæ
 sequuntur.

*In utrisque Vesperis lāmpades : ecce spon-
 & Laudib⁹. ¶ Addu-
 centur Regi Virgines viam ei.
 post eam. ¶ Próxi-
 mæjus afferéntur tibi.*

Oratio.

*Ant. Prudéntes Ví-
 gines aptate vestras*

DA nobis , quæ-
 sumus , Dómine

Deus noster , Sanctá- rórem gentílium, cor-
rum Vírginum Puel- pus Sancti Præsulis hu-
lárum palmas incessá- máre metéuerent : duæ
bili devotíone vene- mulieres sexus imbe-
rári : ut quas digna cillitátem vincéntes ,
mente non pòssimus fidei róbore confir-
celebrare , humilibus mítæ , viris ómnibus
saltē frequentémus fortiores , Sacerdótis
obséquiis. Per.

AD MATUTINUM.

Hymnus Vírginis proles , pro Virgine tantum.

In I. Nocturno , Lectiones de script. occur.

IN II. NOCTURNO.

Lectio 4.

Cum Sanctissimus Saturnínus pri-
mus Tolosæ Præsul &
Martyr , Tauro alligá-
tus , per Capitólii gra-
dus præceps fieret , &
pauci illius témoris
Christiani propter fu-

rórem gentílium, cor-
pus Sancti Præsulis hu-
máre metéuerent : duæ
mulieres sexus imbe-
cillitátem vincéntes ,
fidei róbore confir-
mítæ , viris ómnibus
fortiores , Sacerdótis
sui exémplo animátæ
sanguinem & cére-
brum ipsius ánxie col-
legérunt , corpúsque
exánime lígeo fíretro
immíssum , quam má-
ximè profundo loco
condidérunt , ut vene-
randas sanctásque relí-
quias , non tam sepe-
líre quam abscondere
videréntur ; ne forte
sacrilegi furoris hómi-
nes , si áliquid honó-
ris corpori tumulátó
vidérent adhibéri , sta-
tim in frusta dispérge-
rent , vel eriperent .
¶ Propter veritá-
tem , & mansuetúdi-
nem , & justitiam , *

Et deducet te mirabi-
liter déxtera tua. ¶.
Spécie tua & pulchri-
tudine tua inténde,
próspere, procéde &
regna. * Et deducet.

Lectio 5.

Quo facto fu-
giéntes persecu-
tionem muliéres, vel
ut fertur, ob fidei con-
fessionem éxules fac-
tæ, ádeunt ad oppi-
dum, quod olim re-
caúdum, jamque for-
tito nómine dicitur
mansus Sanctarum
Puellarum: ibique in
summa sanctitáte réli-
quum vitæ tempus de-
géntes cœlestem pá-
triam adéptæ sunt.
Quarum corpora in
campéstri loco à fidé-
libus sepulta, multis
miraculis manifesta,
cum invénta fuissent,
in honore hábita
sunt; magnaque po-

pulórum devotíone è
túmulo elevata, mul-
tis retrò sæculis,
pio fidélium concursu
magnam habuére ve-
neratióne; donec
ab hæréticis, qui lo-
cum illum occupá-
runt, vel combústa,
vel cíneres sacri dis-
pérsi sunt. Quarum
Sanctarum Vírginum
memória celebrátur
décimo sexto Kalén-
das Novémbris.

¶. Dilexísti justí-
tiám, & odísti iniqui-
tatem, * Proptéreà un-
xit te Deus, Deus tuus
óleo lætitiæ. ¶. Prop-
ter veritátem, & man-
suetudinem & justí-
tiám. * Proptéreà.

Lectio 6.

Sermo Sancti Augus-
tíni Episcopi. de S.
Virg. Cap. 27.

Sequimini agnum
quocumque ierit,

scripsit ille de vobis. Quò ire putámus hunc agnum ? Quò nemo eum sequi vel áudeat , vel váleat nisi vos vírgines ! quò putámus eum ire ? In quos sal-tus & prata ? Ubi cre-do , sunt grándia gaú-dia , nec gaúdia , quália in ipso regno Dei cæteris non Virginibus erunt , sed à cœ-terórum ómnium gau-diórum sorteditincta . Gaúdium Vírginum Christi est , de Christo , in Christo , cum Christo , per Christum , propter Christum . Gaúdia própria Vírgi-num Christi non sunt éadem non Vírginum , quamvis Christi : nam

sunt áliis ália , sed nul-lis tália. Ite in hæc , se-químini agnum , quia & agni caro útique virgo . Sequímini vir-ginitatē cordis & carnis , quocumque ierit. Quid est eum se-qui , nisi imitari .

R. Afferéntur Regi Vírgines post eam , próximæ ejus : * Afferéntur tibi in lætitia & exultatione . ¶ Spécie tua & pulchritudine tua inténde , próspera , procéde & regna . * Afferéntur Glória . * Afferéntur .

In 3. Nocturno , Hom. in Evang. Simile est regnum cœlórum decem Virginibus , ut in com. Virg.



DIE

DIE XX. OCTOBRIS.

In Feste Sancti Caprasii Episcopi & Martyris,

Duplex.

Omnia ut in comm. unius Mart. exceptis his
quæ hic notantur.

Oratio.

Infirmitatem nos-
tram respice, om-
nipotens Deus; & quia
pondus propriæ actio-
nis gravat, Beati Ca-
präfii Mártyris tui at-
que Pontificis inter-
céssio gloriósa nospró-
tegat. Per.

In I. Nocturno,
Lectiones de scriptura
occurr.

IN II. NOCTURNO.

Lección 4.

Quotempsore Da-
ciánus in Aqui-

tániam missus est ab
Imperatóribus Dio-
cletiano & Maximiá-
no, Agínum ingrés-
sus, tanta crudelitáte
adversus Christianos
exársit, ut multi fu-
réntis tyránni rábiem
fugientes, remotiora
silvárum & scopoló-

rum latíbula pétere
coácti sint. Ex iis fuit

Beatus Caprásius pri-

mus Aginnénsium

Episcopus; qui dans

locum ira, & perse-

cutioni cedens, Cómí-

te Vincéntio Diácono,

A a

clivum Montis Pom- ligione sciébat decer-
pejáciai dicti consénti- tare ; cui sic hærénti
dit, ubi invénto recep- osténdit Deus è cœlo
táculo , nec mori ti- delabéntem colúm-
mens , nec vivere re- bam , quæ blando alá-
cúsans , quid vellet rum volátu , & rorísi-
Deus pro sui nóminis co flatu , extinctum
glória expectábat.

R. Honéstum fecit
illum Dóminus , &
custodívit eum ab ini-
mícis , & à seductóri-
bus tutávit illum. * Et
dedit illi claritatēm
ætérnām. *V.* Descen-
dítque cum illo in fó-
veam , & in vinculis
non derelíquit eum.
* Et dedit.

Lectio 5.

Anxius máximè
fuit Beátus Ca-
prásius , quis éxitus
foret Agínni de Sanc-
ta Vírgine Fide quam
à primis annis salutá-
ri lavácro ablúerat ,
quamque sacra pro re-

ligione decer-
tare ; cui sic hærénti
osténdit Deus è cœlo
delabéntem colúm-
bam , quæ blando alá-
rum volátu , & rorísi-
co flatu , extinctum
venit carbónum ignes,
in quibus ut in rosis ,
invícta virgo jacébat :
ipsaméque colúmba
corónam gemmis ra-
diántem in cápite
triumphántis Fidis im-
pósuit. Quo miráculo
raptus præsul dúbiam
prótinus mentem de-
pónens , novo prodí-
gio confirmátus est ,
cum ad ejus pedes vi-
dit fontem scaturién-
tem de rupe ; quæ

aqua ad hæc usque
témpora , febre labo-
rántibus remédio est
& saluti.

R. Desidérium áni-
mæ ejus tribuísti ei
Dómine ; * Et volun-

tate labiorum ejus non
fraudasti eum. ¶ Quo-
niam prævenisti eum
in benedictionibus
dulcedinis: posuisti in
cápite ejus corónam
de lápide pretioso. *
Et voluntate.

Lección 6.

Quibus signis
Beatus Caprá-
sius ad Martyrium ani-
matus, procéssit in lo-
cum, in quo Beata Fi-
des, igneæ superpósi-
ta catastæ, Christum
libera voce confiteá-
tur cuius exémplo cœ-
pit plebem suam ins-
truere. Qui statim à
Ministris impietatis
comprehénsus, ad Da-
ciánum mittitur. A
quo, cum nec blandí-
tiis, nec minis à Chris-
tiána Religióne avelli
posset; virgis flagellis-
que dilaniándus trádi-

ditur: aliisque váriis
suppliciis oppréssus,
cum inconcessus per-
maneret, cum Beata
Fide, & Sanctis Pri-
mo, & Feliciano cá-
pite truncándus mitti-
tur. Quo die tam vi-
vifica mors Mártirum
fuit, ut è duodecim
millibus spectatorum,
quingénti fidem Chri-
sti professi sint, qui fa-
xis, lignis, gladiis-
que impetu pro Dó-
mino constánter mor-
tem pertulérunt.

¶ Stola jucunditá-
tis induit eum Dómi-
nus: * Et corónam
pulchritúinis pósuit
super caput ejus. ¶
Cibávit illum Dómi-
nus pane vitæ & intel-
léctus, & aqua sapién-
tiæ salutáris potávit il-
lum. * Et corónam.
Glória. * Et coro-
nam.

A a ij

*In 3. Nocturno, venit ad me, de comm.
Hom. in Evang. Siquis unius Martyris.*

DIE XXI. OCTOBRIS.

In Festo SS. Ursulæ & Sociarum ejus Virginum & Martyrum,

Semiduplex.

In utrisque Vesperis & Laudibus. venerari, ut quas digna mente non possumus celebrare, humilibus saltem frequentemus obsequiis. Per.

Ant. Prudentes Virgines aperte vestras lampades ecce sponsus venit exite obviam ei.

¶. Adducentur Regi Virgines post eam. In 1. Nocturno, Lectiones de scriptura occur.

R. Proximæ ejus afferentur tibi. IN II. NOCTURNO.

Oratio.

DA nobis, quæsumus, Domine Deus noster, Sanctarum Virginum & Martyrum Ursulæ & Sociarum ejus palmas incessibili devotione

CUm Maximus Dux exercitus Romani, tempore Imperatoris Gratianni, plurimas Galliarum Provincias invasisset: vicinos armóricos suis

sédibus expulisset; non & regna. * Et dedú-

vam Provinciam, ubi-

res glebas Británnicis

militibus novæ Coló-

niae trübuit & divisit.

Ut autem eorum pos-

teritati consuleret,

Connáni Británnici

Ducis Consilio, mit-

tit legatióñem in Bri-

tánniam, ut singulis

militibus, Vírgenes

singulas conjúgio fæ-

derandas póstulet. Et

cum præcipuuſ inter

Duces effet Connánus,

paris nobilitatis desig-

náta est ei conjux,

filia Dionici Regis

Cornúbiæ nōmine Ur-

sula.

¶. Propter veritá-

tem & mansuetudí-

inem, & justitiam: *

Et dedúcet te mirabí-

liter déxtera tua. ¶.

Spécie tua & pulchri-

tudine tua inténde;

procéde tátēm : * Proptérca

& regna. * Et dedú-

cet.

Lección 5.

Londini itaque
cunctis colléctis
Vírginibus, licet in-
vítæ pátrium solum,
charósque relinque-
rent, imponúntur na-
vigiis. Dumque regió-
nem Armorícorum
cóngitant Nautæ, mox
sæva procélla navem
ímpulit in littus Ger-
mánicum; ubi tunc
cónsigit adésse Hun-
norum cópias, quas
Gratiánus Imperátor
advérsus Máximum
evocáverat. Quæ cón-
piæ cum incidíssent in
Vírginum naves, ut
in hostes gráffatæ sunt:
& libídinis æstu furén-
tes in eas irruérunt.

¶. Dilexísti justi-
tiam, & odísti iniqui-
tatem : * Proptérca

unxit te Deus, Deus tuus óleo lætitiae, ¶ Propter veritatem, & mansuetudinem & iustitiam. * Propterea.

mum in variis orbis Christianissimi partibus dispersa sunt, & tantis pignoribus plurimae Ecclésiae gloriāntur.

Lectione 6.

Verum hortante Ursulâ, cum omnes mortem potius oppétere, quam virginei pudoris jacturam pati, invicto mentis vigore decrevissent: Hunni in rabiem immanitatis conversti, omnes ad unam occidunt. Sicque Ursula cum exercitu undecim milium Virginum (ut fertur) gloriosa victimâ procumbens, duplice virginitatis & martyrii palma decorata, ad cœlestes agni nuptias transivit. Quarum corpora Christi fidèles coloniæ condidérunt. De-

¶ Afferentur Regi Virgines post eam, proximæ ejus. * Afferentur tibi in lætitia & exultatione. ¶ Spécie tua & pulchritudine tua intende, prospere, procéde & regna. * Afferentur. Glória. * Afferentur.

In 3. Nocturno,
Homil. in Evang. Simile est regnum cœlorum decem Virginibus, ut in comm. Virg.

9. Lect. de S. Hilarione cum ejus comm. tam in 1. Vesperis quam in Laudibus.

DIE XXIII. OCLOBRIS.

In Feste Sanctæ Susannæ Babilonicæ,

Duplex majus.

Omnia de comm. nec Virg. nec Mart. exceptis his quæ sequuntur.

Oratio.

DEUS, cuius grātiā virtus in infirmitate perficitur, largire nobis, Beatae Susannæ illibatam médiis in tentationibus ac periculis castitatem, recolentibus : ut quæ à te accépit ut vinceret, à te quoque vincendi gratiam nobis obtineat. Per.

IN I. NOCTURNO.

De Danièle Prophéta.

Lectione I. Cap. 13.

ERAT vir hábitans in Babylóne, &

nomen ejus Jóakim & accépit uxórem nōmine Susánnam, filiam Hélciae pulchram nimis, & timéntem Deum : paréntes enim illius, cum essent iusti, erudiérunt filiam suam secundùm Legem Móysi. Erat autem Jóakimdives valdè, & erat ei pomarium vicinum dómui sux: & ad ipsum confluébant Judæi, eò quod esset honorabíllior ómnium. Et constituti sunt de pópulo duo senes Júdices in

* A a 2

illo anno: de quibus locutus est Dóminus: quia egréssa est iniquitas de Babylóne à Seniöribus Judícibus , qui videbántur régere pópulum. Isti frequen-tabant domum Jóakim ; & veniébant ad eos omnes qui habébant judícia.

R. Veni electa mea,
& ponam in te thronum meum , * Quia concupívit Rex spéciem tuam. *V. Spécie*
tuâ & pulchritúdine tuâ inténde , próspero , procéde & regna.
** Quia concupívit.*

Lectio 2.

Cum autem pópu-lus revertisset per meridiem , ingredie-bátur Susanna , & deambulábat in pomário viri sui. Et vidébant eam senes quotidiè in-grediéntem & deam-

bulántem : & exarsé-runt in concupiscén-tiam ejus:& evertérunt sensum suum,& decli-navérunt oculos suos ut non vidérent cælum , neque recordaréntur judiciórum justórum. Factum est autem , cum observárent diem aptum , ingrésa est aliquándo , sicut heri & nūdius-tértius cum duábus solis Puéllis voluitque lavári in pomário : æstus quippe erat : & non erat ibi quisquam præter duos senes absconditos , & contemplantes eam. Dixit ergo Puéllis : af-férte mihi óleum & smigmata , & óstia pomárii cláudite ut la-ver.

*R. Diffusa est grá-tia in lábiis tuis : **
Proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum.
V. Spécie

*. Spécie tua & pulchritudine tua intende, próspero, procéde & regna. * Propterea.

Lectio 3.

Cum autem egrésus essent Puellæ, surrexerunt duo senes, & accurrerunt ad eam, & dixerunt: ecce óstia pomárii clausa sunt, & nemo nos videt, & nos in concupiscéntia tui sumus: quamnobrem assentire nobis, & commiscere nobiscum. Quòd si nolueris, dicémus contra te testimónium, quòd fuerit tecum júvenis, & ob hanc causam emiseris Puellas à te. Ingémuit Susanna, & ait: angústiæ sunt mihi úndique: si enim hoc égero, mors mihi est: si autem non

égero, non effugiam manus vestras. Sed mélius est mihi absque ópere incídere in manus vestras, quam pécáre in conspéctu Dómini.

*. Spécie tua & pulchritudine tua: * Intende, próspero, procéde & regna. *. Diffusa est grátia in lábiis tuis, propterea benedíxit te Deus in æternum. * Intende, Glória. * Intende.

IN II. NOCTURNO.

Sermo Sancti Augustini Episcopi, de Sancta Susanna.

Lectio 4.

Audivimus de Sancta Susanna lectionem. Aedificetur pudicitia conjugalis, & tam firmo fundamento innitatur,

B b

murōque vallétur : ut & insidiántes repéllat, & falsos testes convíncat. Remánferat casta mūlier moritúra , nisi adésset qui vidébat , quod judicántes latébat. Conscripta sunt verba ejus , quæ hábuit in paradíso , hoc est in viridário suo : quæ verba nullus hóminum audívit , nisi soli duo qui pudori uxoris alienæ insidia-bántur , & reluctanti falsum testimónium meditabántur. Illi soli audiérunt quod dictum est. Angústia mihi úndique : si enim hoc fécero mors mihi est : si autem non féce-ro , non effugiam manus vestras. Mélius est mihi manus vestras non evádere , quam in conspéctu Dei pec-care.

¶ Propter veritátem , & mansuetudinem , & justitiam . * Et dedúceret te mirabíliter dexterā tua. ¶ Spécie tua & pulchritudine tua inténde , prósperē , procéde & regna . * Et dedúceret te.

Lection 5.

Contemnébat quod audiébat , quia timébat quem non vidébat : cuius tam-en divinis óculis erat conspícua. Neque enim , quómodo illa Deum non vidébat : sic non videbátur à Deo. Vidébat Deus quod ædificábat : inspiciébat opus suum : habitábat templum suum , ubi erat ipse , insidiántibus respon-débat. Nam si castitá-tis dator deseruisset , castitas interiússet. Ait ergo : angústia mihi

ündique. Sed & ex-
pectabat eum, qui eam
salvam fáceret à pusil-
lanimitáte ; & tem-
pestáte falsórum téf-
tium, tanquam ventó-
rum malórum. In illis
tamen ventis & flúcti-
bus naufrágium cástí-
tas non fecit , quia Dó-
minus gubernávit. Clá-
mátum est , ventum
est, procéssum est, per-
vénit causa ad judí-
cium : domus Susánnæ
credíderat contra Dó-
minam senióribus fal-
sis, & quamvis anteácta
ta illæsa , & immacu-
lata vita , idóneum vi-
derétur pudicítia tef-
timónium perhibére
illæsum : irreligiósum
videbátur senióribus
non crédere. Nullus
talis sermo unquam
sonuerat de Susánnæ.
Illi ergo falsi testes ,
sed noti Deo.

R. Delexisti justi-
tiám & odísti iniqui-
tatem : * Proptréa
unxit te Deus , Deus
tuus óleo lætitiæ. ¶
Propter veritátem , &
mansuetudinem , &
justitiam. * Proptréa.

Lectione 6.

Aliud credébat
domus , áliud
vidébat Dóminus : sed
quod vidébat Dómi-
nus , hómines nescié-
bant : senióribus cre-
di videbátur. Ergo
moriéndum erat. Sed
si caro morerétur , cá-
stitas coronarétur. Af-
fuit Dóminus precá-
ti, exaudívit quam nó-
verat ; non deséruit ne
morerétur , cui subvé-
nit ne adulterarétur.
Excitávit Dóminus
Spíritum - Sanctum
Daniéli adhuc novéllō
ætate, sed robústo pie-

B b ij

tate. Quia ergo in eo erat propheticus spíritus, continuò nequisimorum seniorum nequitia, vidéndum erat, quómodo cæteris monstrarétur. Falſi, inquit, testes sunt; redite, ad judicium. Sed quòd falsi effent, ille növerat, cui spíritus propheticus revelaverat. Docéndi erant qui nesciébant. Ergo si júdices docéndi, testes procul dúbio convincéndi.

N. Fallax grátia & vana est pulchritúdo:
* Múlier timens Deum ipsa laudábitur. **V.** Date ei de fructu mánuum suárum, & laudent eam in portis ópera ejus. * Múlier. Glória. * Múlier.

IN III. NOCTURNO.
Léctio S. Evangélii se-
cundum Lucam.

Léctio 7. Cap. 13.

In illo tempore: dixit Jesus: cui símile est regnum Dei, & cui símile æstimábo illud? Et réliqua.

Homilia Sancti Petri Chrysologi. Serm. 99.

Cui símile, inquit, æstimábo regnum Dei? Sic dicendo appéndit ánimos auditórum, & attónitos reddit stupóre toto: quid regno Dei, quid império divino váleat comparári? Atque illis mente permulta & magna per vagántibus, cœli Dóminus, in hospítio paúperis, in manu Panicochrícis mulieris regni sui invenit & format exéplum, dicéndo: símile est regnum cœlorum fermento quod accéps.

tum mūlier abscōdit vocatio Christiana,
in farīnæ mensuris tribus, donec fermentatum est totum. Ante natūra sōciat, ac mira regnum suum grano similitudine similes sināpis comparabat; reddit hábitus, spēcies única compónit.

nunc illud efficit simile fermēto. Ante sināpis grānum mēmorat accepisse virum, mulierem nunc áfferit accepisse fermētum: dicit ante exīgum semen virum sevisse in magnæ árboris incremētum, mulierem modo fermētum breve ad profētum totius massæ abscondisse manifestat. Verè sicut dixit Apóstolus Paulus, neque vir sine muliere, neque mūlier sine viro in Dómino. Ad unum regnum diversum sexum vāria similitudo perdūcit: neque virum séparat à muliere

¶ Os suum apéruit sapiétiæ, & lex clementiæ in lingua ejus: consideravit fēmitas domus suæ: * Et panem otiosa non comedit. ¶ Gustavit & vidit, quia bona est negotiatio ejus: non extinguitur in nocte lucérna ejus. * Et panem.

Lección 8.

Sed quare has similitudines regni sui Dóminus per virum producit & fēminam? Quare majestatem tantam tam vīlibus, tam dispáribus format exemplis? Fratres, pretiōsum latet in hac vilitate mis-

térum, dicénte Apóstolo : misterium hoc magnum est ; ego autem dico in Christo , & in Ecclésia . Comparationibus istis humani generis negotiū geritur principale : per virum & féminam mundi causa sc̄culis tractata finitur . Adam primus homo , muller prima Eva , ab árbore sc̄ientiæ boni & mali ad Evangélici sínápis árborem deducuntur : ut óculos quos illecebrósa arbor apéríendo claúserat , sínápis arbor grani sui collírio & acritudine ipsa , dum claudit apériret ; ut ora quæ venenósæ árboris gustus infécerat , salutáris arbor flámmeo guttus sui sapore sanáret , & ista arbor igneo pastu suo conscientiam toto

conversatiōnis suæ ardore succéderet , quam frigidam illa toto jam rigore perfecrat . Neque hic jam vel alget , vel confundit nuditas , ubi hominem totum tegit vénia , fidei facit calére vestitus .

v. Angústiæ mihi sunt úndique , & quid éligam ignóro : * Mélius est mihi incidere in manus hominum , quam derelinquere legem Dei mei . v. Si enim hoc égero mors mihi est : si autem non égero , non effugiam manus vestras . * Mélius est . Glória . * Mélius est .

Lección 9.

Sed hoc per granum sínápis quod accéperat vir , confératur féminæ . Quid ve-

rò perférmentum quod accépit mūlier confe-ratur hōmini sollicí-tius perscrutémur. Si-mile est , inquit regnum Dei ferménto quod accéptum mū-lier abscondit in farí-næ mensuris tribus.

Mūlier accépit à Deo ferméntum fidei , quæ accéperat à Diábolo perfidiæ ferméntum : abscondit in mensuris tribus , hoc est in tri-bus hōminum tempó-ribus , quod est ab Adam usque ad Noe , à Noe usque ad Móy-sem , à Móyse usque ad Christum , ut mūlier quæ corrúperat fer-ménto mortis in Adam totam massam géne-ris humáni , ferménto resurrectiōnis totam carnis nostræ massam reintegrāret in Chrif-to : ut mūlier quæ con-

fecerat panem gémi-tūs & sudoris , panem vitæ cōqueret & salú-tis , & esset ómnium vivéntium mater vera per Christum , quæ erat in Adam mater ómnium mortuórum.

Te Deum , &c.

Die 25. Octobris, in
Festo Sancti Frontonis
Pont. & Conf. omnia
de comm. Conf. Pont.
Oratio Exaudi quæsu-
mus , Dómine , pre-
ces nostras.

In 1. Nocturno ,
Lectiones de scriptu-
ra occur.

In 2. Nocturno ,
Lectiones Sermo Sanc-
ti Máximi Episcopi
Béati Patris Frontónis
mérita , ut in comm.
Conf. Pont.

In 3. Nocturno ,
Hom. in Evang. Vig-i-láte , ut in comm. Conf.
Pont.



DIE XXXI. OCTOBRIS. ut in comm. unius
Sancti Quintini Mart. Martyris.

Commemoratio.

Ad Vesp. Ant. Iste *Ad Laudes. Ant.*
Sanctus. ¶ Glória & Qui odit ánimam
 honore. *Oratio Præsta* suam. ¶ Justus ut pal-
 quæsumus omnípotens ma. *Oratio Præsta* quæ-
 Deus: ut intercedénte, sumus.

DIE III. NOVEMBRIS.

In Feste Sancti Papuli Martyris,

Duplex majus.

Omnia de comm. unius Mart. exceptis his
 quæ hic notantur.

Oratio. tres debitores sumus.

PRæsta quæsumus,
 omnípotens Deus,

IN II. NOCTURNO.

ut qui Beati Pápuli
 Mártyris tui natalitia

Lección 4.

cólimus, intercessione
 ejus, in tui nōminis
 amóreroborémur. Per.

PApulus adolél-
 cens Antioché-

In 1. Nocturno,
 Lecciones de comm.
 plurim. Mart. Fra-

nus, cum Sancto Sa-
 turnino primo Tol-
 sano Epíscopo, Roma
 Proféctus, Tolosam
 Civitatem

Civitatem ire cogitans, Carcassone à Carcassonensi Júdice Ruffino, in cácerem ambo conjécti, ope divina ex illa liberati Tolosam tandem pervenérunt. Illic cum plúrimos Evangélíi face collustrássent: Saturninus Hispánias petiturus à Pápolo discéssit, Tolosanumque gregem ipsi commendávit. Dum autem per biénnum in illis oris moram facit Saturninus, strénuam óperam Pápulus, tum Tolosæ, tum vicinis in locis, amplificando Christi gregi navávit.

¶. Honéstum fecit illum Dóminus, & custodívit eum ab ini-mícis, & à seductóribus tutávit illum: * Et dedit illi claritatem æternam. ¶. Descen-

dítque cum illo in fóveam, & in vinculis non derelíquit eum. * Et dedit illi.

Lectio 5.

QUAMOBREMI, cum amplificandæ fidei Christianæ impénsius incúmberet, à gentílibus comprehénsus, contumeliisque ac supplíciis variis affectus, abscessione cápitis Martýrium complévit eo in loco, qui póstea ipsius Sancti Pápuli nomen retinuit. Caput abscissum manibus sublatum, ad vicinum fontem, Angelo duce Mártyr détulit. Ibi vestigia génum ac manuum quibus incumbébat capite truncandus, lápidi impressa remansisse dicuntur.

Cc

R. Desidérium áni- nec ex eo multis post
mæ ejus tribuísti ei annis , una cum cor-
Dómine , * Et volun- póribus Sanctórum
tate labiòrum ejus non Antístítium Tolosanó-
fraudásti eum . ¶ Quó- rum Honoráti , Sílvii ,
niam prævenísti eum Hilárii invéntum est.
in benedictionibus Tantum verò honóris
dulcéinis : posuísti in monu-
cápite ejus corónam ménto hábitum est à
de lápide pretioso . * póstteris , ut non mo-
Et voluntáte. dò præclárâ Basílicâ ,
sed & amplissimo cœ-
nóbio Honestátum sit ,

Lectio 6.

AD sepúlchrum quod ad Episcopá-
Pápuli , cum tûs fastigium Joánnes
ündique numerósa Vigésimus - Secún-
hominum multitúdo dus Summus Pónifex
conveníret propter vá- póstmodùm eréxit.
ria , quæ illic edebán-
tur mirácula , tem-
plum ingens excitá-
tum fuit , atque in eo
Pápuli caput asservá-
tum , réliquo corpore
Tolósam translato ;
quod cónditum in
marmóreo túmulo diù
jácut apud ædem
Sancti Saturníni , do-
R. Stola jucunditá-
tis induit eum Dómi-
nus : * Et corónam
pulchritúdinis pósuit
super caput ejus . ¶
Cibávit illum Dómi-
nus pane vitæ & intel-
léctus , & aqua sapién-
tiæ salutáris potávit il-
lum . * Et corónam.
Glória . * Et corónam.

In 3. Nocturno , quis venit ad me , ut in
Hom. in Evang. Si comm. unius Martyris.

DIE X. NOVEMBERIS.

In Festa SS. Claudii, Nicostrati, Simphoriani,
Castorii, & Simplicii Martyrum ,

Duplex majus.

Omnia de communi plurim. Mart. præter ea
quæ sequuntur.

Oratio.

O Mnípotens sem-
pitérne Deus ,
qui in Sanctórum tuó-
rum córdibus flam-
mam tuæ dilectionis
accéndis , da ménti-
bus nostris, eámdem fí-
dei charitatísque vir-
tutem , ut Mártirum
tuórum Cláudii , Ni-
costrati , Simphoriani ,
Castoris atque Simplí-
cii , quorum gaudé-
mus méritis , proficiá-
mus exémplis. Per.

In primo Nocturno ,
Lectiones de comm.
plurim. Mart. Fratres
debitóres sumus.

IN II. NOCTURNO.

Lectione 4.

C Laúdius , Nicós-
tratus , Simpho-
riánus , Castor , & Sim-
plicius Romæ in per-
secutiōne Diocletiāni
passi sunt. Hi cum es-
sent summi sculptóres
nullo modo adduci
Cc ij

potuerunt ut idolorum lìus cóndita sunt.
 statuas fácerent unde
 ad solis simuláchrum
 ducti ut illud vene-
 raréntur , nunquam
 se tantum nefas com-
 missuros dixerunt , ut
 adorárent ópera hó-
 minum. Quamobrem
 in cácerem conjécti ,
 cum ibi multos dies in
 eódem propósito pers-
 titíssent, primùm scor-
 pióibus cæsi , deinde
 vivi plúmbeis lóculis
 inclusi in flumen dej-
 ciuntur. Eórum cár-
 pora inde extrácta ,
 primùm Romæ in Ec-
 clésia quæ est sub nō-
 mine Quátuor Coro-
 natórum honorífice
 sepulta sunt ; ac deín-
 de , ut ex perverústa
 traditione constat ,
 Tolosam asportata , aë
 in Ecclésia Sancti Sa-
 turníni depósta , in
 Cryptis Ecclésiæ il-

¶. Sancti tui Dó-
 mine , mirábile conse-
 cuti sunt iter , serviéntes
 præcéptis tuis ; ut
 inveniréntur illæsi in
 aquis válidis. * Terra
 appáruit árida , &
 in mari rubro via sine
 impediménto. ¶. Quó-
 niā percússit petram ,
 & fluxérunt aquæ ; &
 torréntes inundavé-
 runt. * Terra appáruit .

Lección 5.

Sermo Sancti Máxi-
 mi De SS. Octav.
 Adv. & Sol.

VIdéte quid Mar-
 tyribus debeámus :
 in quo alter tortus est ,
 ut alius salvarétur : alter
 carnificem pér tulit , ut
 Christum alter agnós-
 ceret ; alter morti ad-
 dictus est , ut alius vi-
 tâ potiréatur æternâ : &

ad poſtrémum Sanc- tes pro Christi nōmi-
tus occiſus eſt , ut pec- ne : * Ut hærēdes fie-
cātor eváderet. Beāti rent in domo Dómini.
igitur Mártyres : nec ¶. Tradidérunt cōpo-
ſibi vixérunt nec ſibi ra ſua propter Deum
funt mórtui. Exém- ad ſupplícia. * Ut hæ-
plum enim nobis re- rédes.
liquérunt , benè vi-
vēndo , conversatiō-
nis ; tolerándo fōrti-
tēr , paſſionis. Nam
ideò Dóminus per to-
tum mundum , divér-
ſis in locis pati Márty-
res vóluit , ut tanquam
idōnei teſtes nos præ-
ſenti quodam fidei
exémplo ſuæ confeſ-
ſionis urgérent ; ut hu-
mána fragilitas , quæ
prædicationi Domini-
cæ áitu longiōri vix
credit , vel præſenti
oculórum teſtimónio ,
vel martyrio créderet
Beatórum.

R. Vérbera carnifi-
cum non timuérunt
Sancti Dei , moriēn-

C Uncti ígitur Már-
tyres devotissi-
mè recoléndi ſunt: ſed
ſpeciáliter ii venerán-
di ſunt à nobis , quo-
rum Relíquias poſſi-
démus. Illi enim nos
oratiōnibus ádjuvant ;
iſti étiam ádjuvant paſ-
ſiōne. Cum his autem
nobis familiáritas eſt ;
ſempér enim nobis-
cum ſunt , nobiscum
morántur : hoc eſt , &
in cōpore nos vivén-
tes cuſtodiunt , & de
cōporerecedéntes ex-
cipiunt : hic ne pecca-
tōrum nos labes abſu-
mat , ibi ne inféni

Lēctio 6.

horror invadat. Nam Quóniam. Glória. *
 ídeò hoc à majóribus
 provisum est, ut sanctórum
 óssibus nostra
 corpora sociémus, ut
 dum illos Christus il-
 lúminat, à nobis tene-
 brárum caligo diffli-
 giat. Cum sanctis er-
 go Martyribus quies-
 céntes evadimus infe-
 ri tenebras, eorum
 propriis méritis áta-
 men consocii sancti-
 tate.

¶. Tanquam aurum
 in fornáce probávit
 cléctos Dóminus, &
 quasi holocausti hós-
 tiam accépit illos: &
 intémpore erit respéc-
 tus illórum: * Quó-
 niam donum & pax
 est cléctis Dei. ¶. Qui
 confidunt in illum in-
 telligent veritátem,
 & fidéles in dilectió-
 ne acquiéscēt illi. *

IN III. NOCTURNO.
 Lectio S. Evangélii se-
 cundum Lucam.

Lectio 7. Cap. 6.

IN illo témpore: des-
 céndens Jesus de
 monte, stetit in loco
 campéstri: & turba
 Discipulórum ejus, &
 multitúdo copiosa ple-
 bis ab omni Judæa &
 Jerúsalem, & mariti-
 ma, & Tyri & Sidónis.
 Et réliqua.

*Homilia Sancti Am-
 bróssi Episcopi. Lib.
 i. off. Cap. 15. ¶ 16.*

Non potest quis
 præmium accí-
 pere, nisi legítimè cer-
 taverit: nec est glo-
 riosa victória, nisi ubi
 fuerint laboriosa cer-
 tamina. Non ne injú-
 sione

tus est , qui antè quæ-
rat præmium quam
certamen fuerit abso-
lútum ? Ideoque Dó-
minus in Evangélio
ait : beáti qui persecu-
tionem patiuntur propter
justitiam , quóniam
ipsorum est regnum
cœlorum : beáti estis ,
cum vobis maledicent
hómines , & perse-
quéntur , & dicent om-
ne malum adversum
vos propter Justitiam :
gaudete & exultate ,
quóniam merces ves-
tra copiosa est in cœ-
lis. Futúram non præ-
sentem , in cœlo non
in terra mercédem
promisit esse reddén-
dam. Quid álibi pos-
cis , quod álibi debé-
tur ? Quid præpróperè
corónam exigis ante-
quam vincas ? Quid
detérgere púlverem ,
quid requiéscere cupis ?

Quid epulári gestis án-
te quam stadium solvá-
tur ? Adhuc pópulus
spectat , adhuc athlétæ
in scámmate sunt , &
tu jam ótium petis ?

¶. Propter testa-
ménatum Dómini &
leges patérnas , sancti
Dei perstiterunt in
amóre fraternitatis : *
Quia unus fuit semper
spíritus in eis & una
fides. ¶. Ecce quam
bonum & quam ju-
cundum habitare fra-
tres in unum. * Quia
unus.

Lectio 8.

Sed fortè dicas , cur
ímpii lètantur ? Cur
luxuriantur : cur étiam
ipsi non mecum labó-
rant ? Quóniam qui
non subscrípserint ad
corónam , non tenén-
tur ad labórem certá-
minis. Qui in stadio

non descénderint, non num. * Mercédem la-
perfundunt óleo , boris.
non obliniunt púlve-
re. Quos manet glória
expéctat injuria. Un-
guentati spectare so-
lent, non decertare ,
non solem , astus ,
púlverem , imbrésque
pérpeti. Dicant ergo
& ipsis athlétæ : vení-
te , nobiscum laborá-
te ; sed respondébunt
spectatóres : nos hinc
ínterim de vobis judi-
cámus ; vos autem si-
ne nobis , corónæ , si
vicéritis, glóriam vin-
dicábitis.

R. Sancti mei qui
in carne pósiti certá-
men habuístis : * Mer-
cédem labóris ego
reddam vobis. R. Ve-
nité benedícti Patris
mei , percípite reg-

Lección 9.

I Sti ígitur , qui in
deliciis , qui in lu-
xúria , rapinis , quæst-
ibus , honóribus , stú-
dia posuérunt sua ,
spectatóres magis sunt
quam præliatóres. Ha-
bent lucrum labóris ,
fructum virtutis non
habent. Eovent ótium,
astutiâ & improbitate
ággerant divitiárum
acérvos , sed exólvent
seram licet nequitiæ
suæ pœnam. Perfec-
tórum est coróna. Ex-
pécta ut véniat quod
perféctum est , quan-
do non per spéciem in
ænígmate , sed fácie ad
fáciem formam ipse re-
dopértae veritatis pos-
sis agnoscere.

Te Deum , &c.

DIE

DIE XII. NOVEMBRIS.

In Elevatione Corporis Sancti Raymundi Confessoris, Ecclesiae Sancti Saturnini Canonici,

Semiduplex.

Omnia de comm. Conf. non Pont. præter ea quæ hic propria notantur.

In Hymno Iste Confessor, dicitur Hac die latus meruit suprēmos laudis honores.

Oratio.

OMNIPOTENS semipitern Deus, qui nos pia devotione Beati Raymundi Confessoris tui annua reliquiarum Elevacionis memoriam praesenti die celebrare concedis, tribue, quæsumus, ut cum eo ad cœlestis vitae gaudia elevari mereamur. Per.

In I. Nocturno, Lectiones de scriptura occurrit.

IN II. NOCTURNO.

Lectione 4.

PRETIOSA in conspectu tu Domini mors sanctorum ejus: verè enim pretiosa fuit Divi Raymundi mors, quem Deus de corruptionis hujus vitæ stercore ad gloriarum thronum elevavit, & ejus ossa ultra sexcentos annos in sepulchro minus honesto jacere

D d

non est passus: sed ad suam glóriam manifes-
tandam servum suum apud concives suos Tolosates, multa ad ejus deprecationem patrando mirácula ef- fícere vóluit gloriósum. Præsértim cum anno millésimo sex- centésimo quinquagé-

simo secundo, Tolo- sanæ Civitatis Pestilentiæ flagello ferè omnino depopulatæ, cives cum lácrys & gemítibus multis clama- mavérunt ad Dóminum, & ad preces con- cívis sui Raymundi re- curréntes de elevándis sacris suis Reliquiis, & in nobilióri loco re- ponéndis, voto adstríngere se decrevérunt: & statim quod mirum est, iram suam avértit Dóminus, cef- favítque morbus.

R. Honéstum fecit illum Dóminus, & custodívit eum ab ini- nícis, & à seductóribus tutávit illum: * Et dedit illi claritatem æternam. ¶ Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, & ostén- dit illi regnum Dei. * Et dedit.

Lectione 5.

P Oftmodùm verd, scilicet anno mil- lésimo sexcentésimo quinquagésimo sexto, die trigesima mensis Januárii, cum omni humilitate ac devotio- ne in facéllo sui Col- légií votum emisere Tolosani pròceres, & ad Illustrissimos Dó- minos Archiepisco- pum Tolosanum, & Sancti Saturnini Ab- bátem accesserunt, ro- gántes supplíciter, ut

públici , de elevándis eum . ¶ Induit eum sacris Reliquiis , & in nobilióri loco repónendis , voti solvéndi causâ , sacram Sancti Raymundi sepúlchrum aperiréetur , ejusque sacram Corpus verificaréetur ; quod illis libénter fuit concéssum , & jussu prædíceti Dómini Archiepiscopi , ipso & áliis prænominátis astántibus apértum sepúlchrum , & ossa veneránda ádeò perfécta & íntegra repræsenta , ut ne mínimùm quidem defuerit . Et in illis adimplétum est dictum Prophétæ : cunctódit Dóminus ómnia ossa eórum , unum ex his non conterétur .

¶ Amávit eum Dóminus , & ornávit eum stolam glóriæ induit eum : * Et ad portas paradísi coronávit

* Et ad portas.

Lectio 6.

DÉinde in Ecclésia Sancti Saturnini translátæ sacræ Reliquiæ , & ibi per octo dies expósitæ , máximo fidélium concúrsu , summis devotione & cultu honoratæ sunt . Tandem die duodécima mensis Novembris anni prædicti millesimi sexcentésimi quinquagésimi sexti , in præfata Sancti Saturnini Basílica , cum omni pompa & apparatu magnífico celebrata est sacrarum Reliquiarum elevationis solémnitas , cuius hodiè memória celebranda recurrat . Quâ péractâ in thecis argenteis mirâ arte elaborâ-

D d ij

tis, & Cívium Tolo- tur, & cum magna
sanórum voto affixis fidélium veneratióne
sacræ sunt cónditæ Re- coluntur & visuntur.
líquæ. Postrémò ad n. Iste homo per-
annuéndum voluntati fécit ómnia, quæ lo-
Sancti Raymundi, qui cútus est ei Deus, &
ditándis paupéribus dixit ad eum ingrédere
pauper & ipse factus in réquiem meam:
est, & cum paupéri- * Quia te vidi justum
bus voluit inhumári, coram me ex ómnibus
die séptimo Januárii géntibus. n. Iste est
anni próximè sequen- qui contémpsit vitam
tis, in pristinam sui mundi & pervénit ad
Collégii Capéllam sa- coéléstia regna. * Quia
ceræ Reliquæ reportá- te vidi. Glória. * Quia
tæ sunt, ibique asserván- te vidi.

In 3. Noct. hom. in Ev. Nolite timére pusillus grec.

DIE XIII. NOVEMBERIS.

In Elevatióne Corporum SS. Eadmundi,
Claúdii, Nicóstrati, Simphoriáni, Castó-
rii & Simplíci Mártyrum,

Semiduplex.

Omnia de comm. plurim. Mart. præter ea quæ
hic notantur propria.

Oratio. tium, adésto quæsu-
Deus invisibilis mus supplicationibus
fortitudocertan- nostris, ut qui hodiér-

nâ die Reliquârum Sanctórum Mártyrum Eadmundi , Cláudii , Nicóstrati , Simphoriáni , Castórii atque Simplicii , Elevatió nem gloriósam recólimus , eórum méritis & prémibus , contra spiri tuália nequitiae muniámur. Per.

*In I. Nocturno ,
Lectiones de scriptura occurrit.*

IN II. NOCTURNO.

Lección 4.

INeunte penè sæculo décimo séptimo sævissima pestis Gállias , ac máximè Tolosam depopulata fuerat. Transierant jam tres anni , nec adhuc Angelus percutiens gládium ultórem con vérterat in vaginam. Ad Deum , cujus miserationes multæ sunt , recurrerunt Cives nos tri , ac ad sepúlchra Sanctórum Mártyrum Eadmundi , Cláudii , Nicóstrati , Simphoriáni , Castórii , & Simplicii , quos deprecatores ac defensores apud Dóminum accéperant , confugérunt. Tam gratâ & efficaci supplicatione placatus est Deus : cessavit pestis. Pro tanto officio ut referrent grátiā ei qui glorificátur in Sanctis suis , ex túmulis sacras Mártyrum Relíquias éxtrahi , solémni apparátu & pompâ devotíoni fidélium propóni , ac in thecis argénteis inclúdi , curavérunt próceres nostri. Huic solemnitati quæ anno millésimo sexcentésimo quadragésimo quarto per dies octo celebrata est , affuit

Archiepiscopus Tolosanus uox cum Suffraganeis suis , affuerunt etiam omnium Ordinum Magistratus , accurrerunt ex omnibus hujuscce Dioecesis Parrœciis populi cum Clero. Cujus celebritatis , tantique beneficii , hâc die quotannis , sub officio semi-duplici memoria recolitur , ac renovari debet erga hos Sanctos Mártires nostra devotio.

¶. Sancti tui , Dómine , mirabile consecuti sunt iter , servientes præceptis tuis , ut invenirentur illæsi in aquis validis: * Terra appáruit árida , & in mari rubro via sine impedimento. ¶. Quóniam percussit Petram , & fluxérunt aquæ , & torréntes inundavé-

runt. * Terra appáruit. Lectione 5.

Sermo Sancti Joánnis- Chrisóstomi. in S. mart. Ignat. n. 5.

SAnctorum non modò corpora , sed & ipsi loculi & monuménta spirituáli gratiâ conferta sunt. Nam si in Eliséo id contigit , ut defunctus sepulchrum ejus attingens , mortis vincula dissolverit , & ad vitam rursus redierit , multò magis id fiet hoc tempore , quò grácia fluit uberior , quò spíritus major est vis ; ut si cum fide aliquis arcum attingat , magnam inde virtutem haúriat.

¶. Vérbera carnificum non timuerunt sancti Dei , moriéntes pro Christi nomine : * Ut hærèdes fierent in

domo Dómini. ¶ Tra-
didérunt corpora sua
propter Deum ad sup-
plícia. * Ut hærèdes.

Lectio 6.

E Am obcausam Re-
líquias Sanctó-
rum nobis concéssit
Deus , ut nos ad se eó-
rum imitatióne perdú-
cat: & sint nobis ve-
lut portus quidam , &
idóneum solátiūm eó-
rum malórum quæ as-
sidiuē nos affligunt.
Utilis ígitur cunctis
hic thesaúrus est , &
refúgium salutáre, tam
illis qui rebus duris
atque ásperis & pec-
cátis confliktántur ,
quam illis qui próspe-
rè & felicitè degunt,
ut diù fruántur bonis ,
illis qui morbis labó-
rant , ut bonam vale-
túdinem consequán-
tur ; illis qui cómmo-
dā gaúdent valetúdi-

ne , ne in morbum
áliquem incúrrant.
¶ Tanquam au-
rum in fornáce probá-
vit éléctos Dóminus ,
& quasi holocáusti
hóstiam accépit illos :
& in témpore erit ref-
péctus illórum: * Quó-
niām donum & pax est
éléctis Dei. ¶ Qui
confidunt in illum in-
telligent veritátem &
fidéles in dilectione
acquiéscēnt illi. * Quó-
niām. Glória. * Quó-
niām.

IN III. NOCTURNO.
Léctio S. Evangélii se-
cundum Lucam.

Lectio 7. Cap. 21.
IN illo témpore : di-
xit Jesus Discípulis
suis ; cum audiéritis
prælia & seditiónes ,
nolite terréri : opórtet
primùm hæc fieri , sed
nondùm statim finis.
Et réliqua.

Homilia Sancti Gregorii Papæ. *Hom. 35. in Evang.*

Mors Justorum bonis in adjutorium est, malis in testimoniūm; ut inde perverſi ſine excuſatione pereant, unde elec̄ti exēplum capiunt ut vivant. Sed auditis tot terrōribus turbari pōterant infirmorum corda; atque idē consolatio adjungitur; cum protinus subinfertur: pónite ergo in cōdibus vestrīs non præmeditari quē admodūm repondeatis; ego enim dabo vobis os & sapientiam, cui non pōterunt rēfiterē & contradicere omnes adversarii vestri. Ac si aperte membris suis infirmantibus dicat: nolite terreri; no-

lite pertimēscere: vos ad certāmen accēditis, sed ego prælior, vos verba dicitis, sed ego sum qui loquor.

¶. Propter testamētum Dōmini, & leges paternas, sancti Dei perſtitérunt in amōre fraternitatis: * Quia unus fuit ſemper ſpiritus in eis, & una fides. ¶. Ecce quam bonum & quam jucundum habitare fratres in unum. * Quia,

Lectione 8.

Quia dura ſunt quæ prædicantur de afflictione mortis, protinus consolatio ſubditur de gaudio resurrectionis, cum dicitur capillus de capite veftro non peribit. Scimus fratres quia caro incisa dolet, capillus incisus non dolet. Ait ergo Martyribus

tyribus suis : capillus Mercédem. Glória Pa-
de cápite vestro non tri. * Mercédem.

períbit; vidélicet apér-
te dicens : cur timétis

ne péreat quod incí-
sum dolet , quando &
illud in vobis non pe-
rirre potest quod incí-
sum non dolet ? Séqui-
tur : in patiéntia ves-
tra possidébitis áimas
vestras. Idcírco pos-
séssio áimæ pónitur ,
quia radix ómnium
custósque virtútum pa-
tiéntia est. Per patién-
tiam verò possidémus
áimas nostraras , quia
cum nobis ipsis domi-
nari díscimus , hoc ip-
sum incipimus possi-
dére quod sumus.

R. Sancti mei qui
in carne pósiti certá-
men habuístis ; * Mer-
cédem labóris ego red-
dam vobis. *. Venité
benedícti Patris mei
percípite regnum. *

Lección 9.

SÉrváte ergo , fra-
tres , in mente pa-
tiéntiam : eámque cum
res éxigit exercéte in
operatioñe. Nullum
vestrum , ad ódium
próximi , contumeliósa
verba commóveant ,
nullum peritúrārum
rerum damna pertúr-
bent. Si enim fixa
mente mansúra dam-
na pertiméscitis , dam-
na rerum transeuntium
grávia non putátis ; si
æternæ retributioñis
glóriam concupíscitis ,
de temporali injuria
non doléatis. Toleráte
ergo adversarios ves-
tros ; sed ut fratres di-
lígitе quos tolerástis.
Æterna præmia pro
rebus temporálibus
quærите , nec quisquam

E e

vestrum suis se viribus concite opitulatur in
hæc implere posse confidat; sed obtinete pre- tentatione, per Jesum-
cibus, ut ipse qui hanc Christum Dóminum
imperat præstet. Et scimus quia petentes li- nostrum, qui cum eo
bentè audit; quando vivit & regnat Deus
hoc pétitur largítur in unitate Spíritus- Sancti in sæcula sacer- lorum. Amen.
quod jubet. Cum con- Te Deum laudá-
tinuò pulsatur in prece, mus.

DIE XVII. NOVEMBRIS.

In Feste SS. Asciscli & Victoriae Fratrum & Martyrum,

Duplex majus.

Omnia de comm. plurim. Mart. exceptis his
quæ hic notantur ut propria.

Oratio.

MAjestatem tuam,
quæsumus Dó-
mine, Mártyrum tuó-
rum Asciscli & Vic-
toriae supplicatio no-
bis beata conciliet, ut
qui te incessanter ácti-

bus nostris offéndi-
mus, ipsorum préci-
bus expiémur. Per.

In I. Nocturno,
Lectiones de comm.
plurim. Mart. Fratres
debitores sumus.

IN II. NOCTURNO.

Lectio 4.

AScisclus & Victoria frater & soror, Córdubæ in Hispánia, à prima ætate, Christianæ religiónis cultóres, tempore Díocletiani & Maximiani Imperatórum, sub Dióne passi sunt. Cum enim in Hispániam venisset ímpius ille præses, statim persecuciónem Christianis indixit, & in hos duos Mártires manus injecit. Quos cum nec blanditiis nec terróribus à fide Christi posset avellere, variis illos modis afflítit. Primum Ascísculum fustibus, Victoria in plantis pécuti jussit, deinde utrūque in cárcerem trusit

¶. Sancti tui Dómine mirabile conse-
cuti sunt iter, servién-

tes præceptis tuis, ut inveníentur illæsi in aquis validis: * Terra appáruit árida, & in mari rubro via sine impedimento. ¶. Quóniam percússit petram, & fluxérunt aquæ, & torréntes inundavérunt. * Terra.

Lectio 5.

Posterâ die caminum incéndi, Martyrésque in ignem immitti imperat. Qui cum à flamma non læderéntur, ligatis ad colla faxis, præcépit in flumen præcipitari: sed ab Angelo soluti super aquas ambulantes, ad littus pervenére, rursúmque comprehénsi rotis sunt alligati, superpósito igne oleoque perfuso. Verùm illis orántibus, subitè prorúmpens

E e ij

flamma , plúrimos ex bus , Vičtóriae Præſi-
idolórum cultóribus
interfécit. Quod pro-
dígium ut vidiſ præſes,
illud mágicis ártibus
attribuit , illósque de
rotis depónens , mox
Vičtóriae in suam im-
pietátem invehénti ,
mamíllas amputári ju-
bet : & simūl fratrem
cum sorore íterū in
cárcerem inclúsit ; ubi
Vičtória à septem ma-
trónis visitáta , eas ad
Christi fidem addúxit.

¶. Vérbera carnífi-
cum non timuérunt
Sancti Dei moriéntes
pro Christi nómine ,
* Ut hæredes fierent in
domo Dómini. ¶. Tra-
didérunt córpora sua
propter Deum ad sup-
plicia. * Ut hæredes,

Lectione 6.

POstridiè è cárccere
edúctis Martyri-

di crudelitátem expro-
bránti lingua abſcindi-
tur , ac démùm sagít-
tis configitur , cuius
Játeri infixa sagitta , eo
vúlnere spíritum Deo
réddidit. Ascíſclus ad
amphiteátrum ductus
ibi cápite truncáto
Martyrio coronátur ,
décimo - quinto Ka-
lendas Decémbris :
quorum córpora Emi-
liána nóbilis fémina
tollens ; Ascíſcli cor-
pus domi suæ , Vičtó-
riæ verò juxta portam
flúminis piâ curâ sepe-
lívit. Quæ post retrò
ſaculis ex Hispánia
Tolósam exportáta , in
Basilica Sancti Satur-
níni , in eádem theca
honorífico cultu affer-
vántur. Quarum Re-
liquiarum pars , nem-
pè Sancti Ascíſcli ab
Urbáno Secundo Sum-

mo Pontifice in Con- confidunt in illum in-
sefratatione ejusdem Ec- telligent veritatem, &
clesiae reposta fuit in fidèles in dilectione
Altari majori, quod acquiescent illi. *Quó-
simul consecravit. niam. Glória. * Quó-
niam.

R. Tanquam aurum In 3. Nocturno,
in fornáce probávit Hom. in Evang. Cum
electos Dóminus, & audiéritis prælia, ut
quasi holocausti hós- in comm. plurim. Mart.
tiam accépit illos, & R. 7. Propter testa-
in tempore erit respéc- mentum.
tus illórum: * Quó- R. 8. Hæc est vera
niam donum & pax
est electis Dei. ¶ Qui fraternalitas.

DIE XX. NOVEMBERIS.

In Feste Sancti Eadmundi, Angliæ Regis &
Martyris,

Duplex majus.

Omnia de comm. unius Mart. exceptis his
quæ notantur hic propria.

Oratio. do tribuísti pro nōmi-
Deus ineffabilis ne tuo inimicum vín-
misericordia, qui cere, concéde familiæ
Beato Regi Eadmún- tuæ, eo interveniente

antiqui hostis incita-
mēta superáre. Per.

*In 1. Nocturno ,
Lect. Fratres debitó-
res sumus , de comm.
plurim. Mart.*

IN II. NOCTURNO.

Lectio 4.

Eadmundus pri-
mus vir devótus ,
avítā Regum prosapiā
excéllens : curis & in-
dústriā Humberti Hel-
mahaménfis Episcopi
ad regnum evéctus est.
Cum aliquot annis
regno pacificè præ-
fuisset : Danórum Du-
ces Hingar & Hubbla
in Northámbriam &
Orientálium Angló-
rum Provincias cunc-
ta depopulátum vené-
re. Quorum primus in
Regem non resistén-
tem , & solo pronum
in Ecclésia orántem ír-

ruit , moxque in Tor-
tórum manus injécit.
Invíctus Christi Athlé-
ta , inter flagélla Jésum
invocans , ita carnífi-
ces accéndit , ut ad ip-
sum stípite alligátum ,
quasi ad signum ludén-
do , telis totum ejus
corpus confóderint.
Cumque Hingar Sanc-
tum Regem à vera fi-
de non posset avélle-
re , lictori mandávit
ut caput amputáret :
qui ímpio mandáto
óbsequens , de stípite
truculénter avúlsum
Mártyrem cápitetrun-
cavit.

¶. Honéstum fecit
illum Dóminus , &
custodívit eum ab ini-
mícis : & à seductóri-
bus tutávit illum : * Et
dedit illi claritatēm
ætéram. ¶. Descen-
ditque cum illo in fó-
veam , & in vinculis

non derelíquit eum. * mæ ejus tribuísti ei
Et dedit.

Lectio 5.

COrpus Mártyris à cápite divísum, impietatis ministri, dirâ Berni venatóris suásione, in silvas ávibus discerpéndum, vel béstiiis devorándum projecré. Laborábant enim multùm lanistæ, ne à Christiánis qui pauci adhuc supérstites erant, corpus tantí Regis, ut decébat cum cápite sepulturæ mandaréatur. Passus est verò eódem tempore Humbértus Epíscopus cum Sancto Mártyre. Sicque Rege & Epíscopo ad cœlestia regna translátis, Hingar & Hubbla Deo odíbiles ab Anglia post hyemem recessérunt.

¶. Desidérium ani-

mæ ejus tribuísti ei
Dómine; * Et voluntate labiorum ejus non fraudásti cum. ¶. Quóniam prævenísti eum in benedictionibus dulcédinis: posuísti in cápite ejus corónam de lápide pretiósso. * Et voluntate.

Lectio 6.

Quoaudito, Christiani de latibulis erumpéntes, justas régio fúneri soluturi inférias, sacrum caput silvas perlustrando inquirunt. Jucunda Dei haüsére núnctia cum defuncti cápitis vox expréssa, lustratores ad se evocávit, ubi cum cápite Lupus inventus, sacro pignori excubias impendébat, qui more doméstici animális, bájulos cápitis ad locum sepul-

turæ subsecutus est. thecis argenteis voto
Extructa fuit tunc exi- affixis , ossa sacra &
gui pretii capella su- sacram caput condi-
per venerandum cor- derunt.
pus : & post multum
temporis Augustius
ædificium , ubi multis
miraculis cláruit. Do-
nec ut fertur , translá-
tum fuit in Gallias à
Rege Ludovico Octá-
vo ab Anglia reverténte ; ab eo dum Toló-
sam obsidéret in Basí-
lica Sancti Saturnini ,
quæ tunc erat extra
muros , tantum pig-
nus depósitum fuit. In
cujus elevatione cives
nostrí pro beneficio
temperatæ pestis in

¶. Stola jucunditá-
tis induit eum Dómi-
nus : * Et corónam
pulchritudinis pósuit
super caput ejus. ¶.
Cibávit illum Dómi-
nus pane vitæ & intel-
léctus , & aquâ sapién-
tiæ salutaris potávit il-
lum. * Et corónam.
Glória Patri. * Et co-
rónam.

In 3. Nocturno ,
Homil. in Evang. Si
quis venit ad me , de
comm. unius Mart.



666666666666*666666666666

FESTUM SS. RELIQUIARUM, IN ECCLESIA S. SATURNINI QUIESCENTIUM,

Dominica tertia post Pascha celebrandum.

Duplex primæ Classis, cum Octava.

AD I. VESPERAS.

Ant. Deus qui vivificat mortuos, vocat ea quæ non sunt tanquam ea quæ sunt, Alleluia. Rom. 4. 11.

Psalmus 109.

DIxit Dóminus Dómino meo: * fide à dextris meis.

Donec ponam inimicos tuos, * scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet Dóminus ex

Sion : * dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tuæ in splendorebus Sanctorum : * ex utero ante luciferum genui te.

Juravit Dóminus & non poenitabit eum,

* tu es Sacérdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

Dóminus à dextris tuis, * confrégit in die iræ suæ Reges.

Ff

Judicabit in natiō- cuius participatio ejus
nibus , implēbit rui- in idipsum.
nas : * conquassabit Illuc enim ascendē-
cápita in terra multo- runt tribus , tribus Dó-
rum.

De torrénte in via Iſraël ad confitendum
bibet: * propterea exal- nōmini Dómini.
tabit caput.

Ant. Deus qui viví- Quia illic fedérunt
ficut mórtuos , vocat sedes in judicio , * fe-
ea quæ non sunt , tan- des super domum Da-
quam ea quæ sunt , Rogáte quæ ad pa-
Allelúia. *Rom. 4. 11.* cem sunt Jerúsalem:
* & abundántia dili-
géntibus te.

Ant. Revelabit ter- Fiat pax in virtute
ra sanguinem suum : tua : * & abundántia
& non opériet ultra in túrribus tuis.
interfécitos suos , Al-
lélúia. *Isa. 26. 21.*

Psalmus 121.

LÆtátus sum in his , quæ dicta sunt mihi : * in domum Dómini ibimus.

Stantes erant pedes nostri , * in átriis tuis Jerúsalem.

Jerúsalem quæ adificatur ut Cívitas : *

Propter fratres meos , & próximos meos , * loquébar pacem de te. Propter domum Dómini Dei nostri , * quæsivi bona tibi.

Ant. Revelabit terra sanguinem suum : & non opériet ultra interfécitos suos , Allélúia. *Isa. 26. 21.*

Ant. Offa vestra nem déntibus eórum.
quasi herba germiná- Anima nostra sicut
bunt : & cognoscétur passer erépta est de lá-
manus Dómini servis queo venántium : *
ejus , Allelúia. Isa. láqueus contritus est
66. 14. & nos liberáti sumus.

Psalmus 123.

Nisi quia Dómi-
 nus erat in no-
 bis, dicat nunc Israël:
 * nisi quia Dóminus
 erat in nobis.

Cum exúrgerent
 hómines in nos , *
 fortè vivos deglutis-
 sent nos.

Cum irascerétur fu-
 ror eórum in nos , *
 forsitan aqua absor-
 buísset nos.

Torréntem pertran-
 sít áнима nostra : *
 forsitan pertransísset
 áнима nostra aquam
 intolerabilem.

Benedictus Dómi-
 nus , * qui non de-
 dit nos in captió-

passer erépta est de lá-
 queo venántium : *
 láqueus contritus est
 & nos liberáti sumus.

Adjutórium nos-
 trum in nómíne Dó-
 mini , * qui fecit cœ-
 lum & terram.

Ant. Offa vestra
quasi herba germiná-
bunt : & cognoscétur
manus Dómini servis
ejus , Allelúia. Isa.
66. 14.

Ant. In bonis Jus-
 torum exultábit Cívi-
 tas , & benedictiōne
 eórum exaltábitur ,
 Allelúia. *Prov. 1 L. 10.*

Psalmus 125.

In converténdo Dó-
 minus captivitátem
 Sion : * facti sumus si-
 cut consoláti.

Tunc replétum est
 gaúdio os nostrum : *

F f ij

& lingua nostra exultatione.

Tunc dicent inter gentes : * magnificavit Dóminus facere cum eis.

Magnificavit Dóminus facere nobiscum : * facti sumus lætantes.

Convénte Dómine captivitatem nostram , * sicut torrens in australi.

Qui séminant in lacrymis , * in exultatione metent.

Eúntes ibant & flebant , * mittentes sémina sua.

Veniéntes autem vénient cum exultatione , * portantes manipulos suos.

Ant. In bonis Justorum exultabit Cívitas , & benedictióne eórum exaltabitur , Alleluia. Prov. 11.10.

Ant. Elécti mei non

laborábunt frustrà. Antequam clament , ego exaudiām : adhuc illic loquéntibus , ego audiām , Alleluia.

Isa. 65,

Psalmus 145.

LAUDA ánima mea Dóminum , laudabo Dóminum in vita mea : * psallam Deo meo quādiū füero.

Nolite confidere in principiis ; * in filiis hóminum in quibus non est salus.

Exibit spíritus ejus , & revertétur in terram suam : * in illa die peribunt omnes cogitationes eórum.

Beátus , cuius Deus Jacob adjútor ejus , spes ejus in Dómino Deo ipsius : * qui fecit cœlum & terram , mare , & ómnia quæ in eis sunt.

Qui custódit veritatem in sæculum, facit iudicium injuriām patiéntibus: * dar escam furiéntibus.

Dóminus solvit compeditos: * Dóminus illúminat cæcos.

Dóminus érigit elídos, * Dóminus dilit Justos.

Dóminus custódit advenas, pupillum & víduam suscípiet: * & vias peccatórum disperdet.

Regnabit Dóminus in sæcula, Deus tuus Sion, * in generatióne & generatióne.

Ant. Elécti mei non laborábunt, frustrà. Antequam clament, ego exaudiam: adhuc illis loquéntibus, ego audiam, Alleluia. *Isa.* 65.

Capitulum. Ezech. 37.

Hæc dicit Dóminus Deus: ecce ego apériam túmulos vestrós, & edúcam vos de sepulchris vestris, & indúcam vos in terram Israël.

Hymnus.

O Vos unánimes, christiadum chori, Sanctórum túmulos & cíneres Patrum, Dulces exúvias, pignora cœlitum, Lætis dícite canticibus.

Cœlo quando piis æqua labóribus Felices ánimæ gáudia possident, Fœnárum sôciis débita rédditur Hic laus & decus óffibus. Passim sparsa, Deus, polliciti memor,

Custos , ne péreant , ómnibus. Amen.
 pignora cōlligit ; v. Orábit ad te om-
 Elec̄tosque suis próvi- nis Sanctus , Allelúia.
 dus ággerit r. In tēmpore op-
 Aptándos lápides portúno , Allelúia.
 locis. Psal. 31.

Quin & Reliquias &
 túmulos , sibi
 Aras ipse Deus cónse-
 crat Hóstia ;
 Conjungénsque suis se
 caput ártubus ,
 Hos secum simul
 immolat.

Vos quorum cíneres
 supplicibus pia ,
 Tutum præsidium ,
 plebs colit ósculis ;
 Si vos nostra movent ,
 subsídium , boni ,
 Vestris fertे clién-
 tibus :
 Ut cum nostra novis
 spléndida dótibus .
 Surget juncta choris
 spírituum caro :
 Indivísa trias sit Deus
 ómnia
 Nobis semper in

Ad Magnificat.

Ant. Vivent mó-
 rui Israël : interfécit
 mei resūrgent. Experi-
 giscímini , & laudáte
 qui habitátis in púlve-
 re , Allelúia. Isa. 26.

Oratio.

Auge in nobis ,
 Dómine , resur-
 rectiónis fidem , qui
 in Sanctórum Relí-
 quiis mirabília opera-
 ris , & fac nos immor-
 tális glóriæ partícipes ,
 cujus in eórum cínerí-
 bus pignora venerá-
 mur. Per Dóminum.

Commem. Dominicæ.

Ant. Módicūm &

non vidébitis me , di-
cit Dóminus : íterum
módicum , & vidébi-
tis me , quia vado ad
Patrem , Allelúia , al-
lelúia.

¶. Mane nobíscum ,
Dómine , Allelúia.

¶. Quóniam adves-
peráscit , Allelúia.

Oratio.

DEUS , qui errán-
tibus , ut in viam
possint redire justitiæ ,
veritatis tuæ lumen of-
téndis : da cunctis qui
Christiana professione
censentur , & illa res-
püere , quæ huic ini-
mica sunt nōmini , &
ea quæ sunt apta fœctá-
ri . Per Dóminum .

AD MATUTINUM.

Invitatorium.

Mirabilem in Sanc-
tis suis Dóminum . *

Venite adorémus , Al-
lelúia.

Psalmus Venite.

*Hymnus O vos uná-
nimes , ut in primis
Vesperis.*

IN I. NOCTURNO.

Ant. Justi quasi vi-
rens fólium germiná-
bunt , & radix justó-
rum non commové-
bitur , Allelúia . *Prov.*
I2. ¶ **I**5.

Psalmus I4.

DOmine quis ha-
bitabit in taber-
náculo tuo ? * aut quis
requiéscet in monte
fancto tuo .

Qui ingréditur sine
mácula , * & operá-
tur justitiam .

Qui lóquitur veri-
tatem in corde suo , *
qui non egit dolum in
lingua sua .

Nec fecit próximo .

suo malum , * & op-
próbrium non accé-
pit advérsus próximos
suos.

Ad níhilum dedúc-
tus est in conspéctu
eius malignus : * ti-
méntes autem Dómi-
num glorificat.

Qui jurat próximo
fuo , & non décipit :
* qui pecúniam suam
non dedit ad usúram ,
& múnera super inno-
céntem non accépit.

Qui facit hæc , * non
movébitur in æternum.

Psalmus 15.

Consérvá me, Dó-
mine , quóniam
sperávi in te : * Dixi
Dómino : Deus meus
es tu , quóniam bo-
norum meórum non
eges.

Sanctis, qui sunt in
terra ejus , * mirifi-
cavit omnes voluntá-

tes meas in eis.

Multiplicátæ sunt
infirmitátes eórum : *
pósteà acceleráverunt.

Non congregábo
conventícula eórum
de sanguinibus : * nec
memor ero nómimum
córum per lábia mea.

Dóminus pars hæ-
reditatis meæ ; & cálí-
cis mei : * tu es qui
restítues hæreditátem
meam mihi.

Funes cecidérunt
mihi in præcláris : *
étenim hæreditas mea
præclára est mihi.

Benedicam Dómi-
num qui tribuit mihi
intelléctum : * insuper
& usque ad noctem in-
crepúerunt me renes
mei.

Providébam Dó-
minum in conspéctu
meo semper : * quó-
niám à dextris est mi-
hi ne commóvear.

Propter

Propter hoc lætatum est cor meum, & exultavit lingua mea : * insuper & caro mea requiescat in spe.

Quóniam non derelinques animam meam in inferno : * nec dabis sanctum tuum vi-dere corruptionem.

Notas mihi fecisti vias vitæ ; adimplébis me lætitia cum vultu tuo : * delectationes in dexterâ tua usque in finem.

Psalmus 22.

Dominus regit me, & nihil mihi décerit : * in loco pascuæ ibi me collocávit.

Super aquam refec-tionis educávit me : * animam meam con-vérit.

Dedúxit me super sémitas justitiæ, * propter nomen suum.

Nam, & si ambu-

lávero in médio um-bræ mortis, non timébo mala : * quóniam tu tecum es.

Virga tua & báculus tuus, * ipsa me consoláta sunt.

Parasti in conspé-citu meo mensam, * ad-vérsus eos qui tríbu-lant me.

Impinguásti in óleo caput meum : * & calix meus inébrians quam præclárus est !

Et misericórdia tua subsequétur me : * omnibus diébus vitæ meæ.

Et ut inhábitem in domo Dómini, * inlon-gitudinem diérum.

Ant. Justi quasi vi-rens folium germinábunt, & radix justorum non commovébi-tur , Allelúia. *Prov.* 12. ⌈ 15.

V. Exultábunt Dómino , Allelúia.

R. Offa humiliata,
Alleluia, Psal. 50.
De Libro Sapientiae.

Lectione 1. Cap. 3.

Justorum animae in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori: & aestimata est afflictio exitus illorum, & quod a nobis est iter, exterminium: illi autem sunt in pace. Etsi coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est. In paucis vexati, in multis bene disponentur: quoniam Deus tentavit eos, & invenerit illos dignos se. Tanquam aurum in fornace probavit illos, & quasi holocausti hostiam accepit illos, & in tempore erit respectus illorum.

R. Ipse portabit gloriam, & sedebit, & dominabitur: * Et corona erit memoriale in templo Domini, Alleluia. v. Milites Praesidis suscipientes Jesum in Praetorium, & plectentes coronam de spinis posuerunt super caput ejus. * Et corona. Zach. 6. Math. 27.

De Epistola prima Beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

Lectione 2. Cap. 15.

Dicit aliquis: quomodo resurgent mortui? Qualis corpore venient? Insipiens, tu quod seminas non viviscatur, nisi prius moriat. Et quod seminas, non corpus, quod futurum est, seminas, sed nudum granum, ut pu-

ta tritici , aut alicujus multitudo afferentes
ceterorum. Deus autem dat illi corpus si-
cuit vult : & unicuique sémimum proprium
corpus. Non omnis caro eadem caro ; sed
ália quidem hóminum ,
ália vero pécorum ,
ália vólucrum , ália
autem píscium. Et
córpora cœlestia , &
córpora terréstria : sed
ália quidem cœlestium
glória , ália autem ter-
réstrium. Alia clári-
tas solis , ália cláritas
lunæ , & ália cláritas
stellárum. Stella enim
à stella differt in clari-
tate : sic & resurréctio
mortuórum. Seminá-
tur in corruptióne ,
surget in incorrup-
tione .

¶. Per manus Apos-
tolorum siébant prodí-
gia multa in plebe : *
Concurrébat autem

ægros , qui curabántur
omnes , Allelúia. ¶.
Offa ipsórum visitata
sunt , & post mor-
tem prophetavérunt. *Concurrébat. Act. 5.
Eccli. 49.

De Libro Apocalyp-
sis . Beati Joánnis
Apóstoli.

Lección 3. Cap. 7.

OMnes Angeli sta-
bant in circúitu
Throni , & Seniòrum ,
& quátuor Animá-
lium : & cecidérunt in
conspéctu Throni in
fácies suas , & adora-
vérunt Deum , dicén-
tes , amen Benedic̄tio ,
& cláritas , & sapién-
tia , & gratiárum ác-
tio , honor , & virtus
& fortitúdo Deo nos-
tro , in sècula sèculó-
rum , amen. Et ref-

G g ij

póndit unus de Senioribus, & dixit mihi: hi, qui amicti sunt stolis albis, qui sunt? Et unde venerunt? & dixi illi: Dómine mi tuis. Et dixit mihi: hi sunt qui venerunt de tribulacione magna, & lavérunt stolas suas, & dealbaverunt eas in sanguine agni; ideo sunt ante Thronum Dei, & seruiunt ei die ac nocte in Templo ejus: & qui sedet in Throno, habitabit super illos.

¶. Hi sunt qui venerunt de tribulacione magna: & lavérunt stolas suas: & dealbaverunt eas in sanguine agni; * Ideo sunt ante Thronum Dei, Alleluia. ¶. Vivo ego, & dicit Dóminus. Omnibus his, velut ornamento vestieris, & cir-

cumdabis tibi eos quasi sponsa. * Ideo. Glória. * Ideo. Apoc. 7. Isa. 49.

IN II. NOCTURNO.

Ant. Dicit Dóminus óssibus his: ecce ego intromittam in vos spíritum, & vivétis, Alleluia. *Ezech.* 37.

Psalmus 32.

Exultáte justi in Dómino: * rectos decet collaudatio.

Confitémini Dómino in cithara: * in psalterio decem chordarum psallite illi.

Cantáte ei cánticum novum, * bene psallite ei in vociferatione.

Quia rectum est verbum Dómini, * & omnia opera ejus in fide.

Diligit misericór-

diam & judícum : * cordis ejus in genera-
misericórdiâ Dómini tione & generationem.
plena est terra.

Verbo Dómini cœ-
li firmáti sunt : * &
spíritu oris ejus omnis
virtus eórum.

Cóngregans sicut
in utre aquas maris : *
ponens in thesaúris
abyssos.

Tímeat Dóminum
omnis terra : * ab eo
autem commoveántur
omnes inhabitantes
orbem.

Quóniam ipse di-
xit , & facta sunt : *
ipse mandávit & créa-
ta sunt.

Dóminus díssipat
consília géntium : *
réprobat autem cogi-
tationes populórum ,
& réprobat consilia
Príncipum.

Consilium autem
Dómini in æternum
manet : * cogitationes

cordis ejus in genera-
tione & generationem.

Beáta gens , cujus
est Dóminus , Deus
ejus ; * póplus quem
elégit in hæreditátem
sibi.

De cœlo respéxit
Dóminus : * vidit om-
nes filios hóminum.

De præparato ha-
bitáculo suo , * respé-
xit super omnes qui
hábitant terram.

Qui finxit figillá-
tim corda eórum : *
qui intélligit ómnia
ópera eórum.

Non salváatur Rex
per multam virtútem:
* & Gigas non salvá-
bitur in multitúdine
virtutis suæ.

Fallax equus ad sa-
lútem : * in abundán-
tia autem virtutis suæ
non salvábitur.

Ecce óculi Dómini
super metuéntes eum ,

* & in eis qui sperant nobis , * & gentes sub super misericordia péribus nostris. ejus.

Ut éruat à morte áimas eórum : * & alat eos in fame.

Anima nostra sustinet Dóminum : * quóniam adjutor & protéctor noster est.

Quia in eo létabitur cor nostrum : * & in nōmine sancto ejus sperávimus.

Fiat misericordia tua Dómine super nos : * quemádmodum sperávimus in te.

Psalmus 46.

O Mnes gentes plaúdite mánibus : * jubiláte Deo in voce exultatiónis.

Quóniam Dóminus excélsus , terríbilis : * Rex magnus super omnem terram . Subjécit pópulos

Elégit nobis hæreditátem suam , * spéciem Jacob , quam diléxit.

Ascéndit Deus in júbilo , * & Dóminus in voce tubæ.

Pfállite Deo nostro, pfállite ; * pfállite Regi nostro , pfállite.

Quóniam Rex omnis terræ Deus : * pfállite sapiénter.

Regnábit Deus super gentes : * Deus sedet super sedem sanctam suam.

Príncipes populorum congregáti sunt cum Deo Abraham : * quóniam Dii fortes terræ, veheménter eleváti sunt.

Psalmus 47.

M Agnus Dóminus , & laudá-

bilis nimis : * in Civi-
tate Dei nostri, in mon-
te sancto ejus.

Fundatur exulta-
tione univ ersae terrae
mons Sion , * latera
a quilonis Civitas Re-
gis magni.

Deus in domibus
ejus cognoscetur , *
cum suscipiet eam.

Quoniam ecce Re-
ges terrae congregati
sunt : * convenierunt
in unum.

Ipsi videntes sic ad-
mirati sunt , conturbati
sunt , commoti sunt:
* tremor apprehendit
eos.

Ibi dolores ut par-
turi entis , * in spiritu
vehementi conteres
naves Tharsis.

Sicut audivimus ,
sic vidi mus in Civita-
te Domini virtutum ,
in Civitate Dei nos-
tri : * Deus fundavit
nus ossibus his : ecce

eam in eternum.

Suscipimus Deus
misericordiam tuam ,
* in medio templi tui.

Secundum nomen
tuum Deus , sic &
laus tua in fines terrae:
* justitia plena est de-
xtera tua.

Lætetur mons Sion ,
& exultent filii Iudea,
* propter judicia tua
Domine.

Circumdate Sion ,
& complectimini eam:
* narrate in turribus
ejus.

Ponite corda vestra
in virtute ejus : * &
distribuite domos ejus ,
ut enarratis in prog-
enie altera.

Quoniam hic est
Deus , Deus noster in
eternum , & in seculum
seculi : * ipse re-
get nos in secula.

Ant. Dicit Dominus
nus ossibus his : ecce

ego intromittam in vos spíritum, & vivé-
tis, Allelúia. Ezech.

37.

¶. Cognoscéntur in
ténebris mirabília tua,
Allelúia.

¶. Et justítia tua in
terra oblíviónis, Al-
lelúia. Ps. 87.

Sermo Sancti Ambró-
sii Episcopi.

Lección 4. Serm. 77.

Cum Mártires à
nobis devotíssi-
mè percoléndi fint ;
sed speciáliter ii ve-
nerándi sunt à nobis,
quorum Relíquias pos-
fidémus. Illi enim nos
orationibus ádjuvant,
istíetiam ádjuvant pas-
sióne. Cum his autem
nobis familiáritas est :
sempér enim nobis-
eum sunt, nobiscum
morántur, hoc est, &

in corpore nos vivén-
tes custodiunt, & de
corpore recedéntes ex-
cipiunt ; hic ne nos
peccatórum labes ab-
sumat, hic ne inféni
horror invádat. Nam
ídeo hoc à majóribus
provísum est, ut sanctórum
óssibus nostra
córpora sociémus, ut
dum illos Tártarus
métuit, nos poena
non tangat ; dum illos
Christus illúminat, à
nobis tenebrárum ca-
ligo diffúgiat.

¶. Mementóte præ-
positórum vestrórum,
qui vobis locúti sunt
verbum : * Quorum
intuéntes éxitum con-
versatiónis imitámini
fidem, Allelúia. ¶. Sit
memória eórum in
benedictióne : & ossa
eórum púllulent de lo-
co suo. * Quorum.
Hebr. 13. Eccli. 46.

Lección 5.

Lectione 5.

Martyres inferni porta non possidet, quoniam eos Paradisi regna suscipiunt. Nam videmus eos utique jam regnare: cernimus enim ab iis frequenter obsessos immundissimis Dæmonibus homines liberari, ita ut cœlesti medicinâ & captiva anima de Diaboli láqueis eruatur, & ipse Diabolus vinculis igneis alligatus producatur de sua captivitate captivus, ut qui prædam paulò ante céperat, ipse subdatur in prædam. Hæc & alia potiora mirabilia per sanctos fieri omnibus notum est: & idèo, fratres, veneremur eos in præsenti seculo, quos defensores habere possumus in futuro. Et sicut eis

paréntum nostrorum ossibus jungimur, ita eis fieri socios imitatione jungamur.

¶. Hæc dicit Dominus: qui tenuerint foedus meum, * Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filiis & filiabus: nomen sempiternum dabo eis, quod non perirebit, Alleluia. ¶. Virgines enim sunt: sequuntur agnum quemque ierit: sine macula enim sunt ante Thronum Dei. * Dabo eis. Isa. 56. Apoc. 14.

Lectione 6. Serm. 93. in Natalis S. Nazarii, post medium.

Quod si dicas mihi, quid honoras in carne jam resoluta, atque consumata, de qua nulla jam

Hh

Deo cura est ? Et ubi
est illud , charissimi ,
quod ipsa veritas lo-
quitur per Prophé-
tam ? Pretiosa , inquit ,
in conspectu Domini
mors sanctorum ejus .
Et iterum : mihi au-
tem valde honorifi-
candi sunt amici tui
Deus . Honorare de-
bemus servos Dei ,
quantò magis amicos
Dei ? De quibus alio
loco dicitur , Domini-
nus custodit omnia os-
sa eorum , & unum ex
his non conteretur .
Honoro ergo in carne
Martyrum accéptas
pro Christi nomine
cicatrices , honoro vi-
ventium memóriam ,
perennitatem virtutis .
Honoro cineres per
confessionem Domini
consecratos : ho-
noro in cineribus sé-
mina æternitatis .

R. Inquirentes Dó-
minum non minuén-
tur omni bono : * Cus-
tódit Dominus omnia
ossa eorum : unum ex
his non conteretur ,
Alleluia . **v.** Quia ócu-
li Domini super justos ,
& aures ejus in preces
eorum . * Custodit . Gló-
ria . * Custodit . Psal.
33 . 1 . Petr . 3 .

IN III. NOCTURNO.

Ant. De manu mor-
tis liberabo eos : de
morte redimam eos ,
Alleluia . *Oseae* 13 .

Psalminus 57 .

Quid gloriáris in
malitia , * qui
potens es in iniquitate .
Tota die in justitiam
cogitávit lingua tua :
* sicut novacula acuta
fecisti dolum .
Dilexisti malitiam
super benignitatem ; *

iniquitatem magis saeculum quia fecisti:
quam loqui aequitatem.

Dilexisti omnia verba præcipitationis, *
lingua dolosa.

Propterea Deus def-
truet te in finem: *
evellet te, & emigrá-
bit te de tabernáculo
tuo: & radicem tuam
de terra viventium.

Vidébunt justi, &
timébunt, & supereum
ridébunt & dicent: *
ecce homo qui non
pósuit Deum adjutó-
rem suum.

Sed sperávit in mul-
titudine divitiarum
suárum: * & prævá-
luit in vanitatem sua.

Ego autem, sicut
olíva fructifera in do-
mo Dei, * sperávi in
misericordia Dei in
æternum, & in sae-
culum saeculi.

Confitébor tibi in est auxilium abs te: *

H h ij

* & expectabo nomen
tuum, quóniam bo-
num est in conspéctu
Sanctorum tuorum.

Psalmus 83.

QUAM dilecta ta-
bernacula tua
Dómine virtútum *
concupíscit, & dési-
cit áнима mea in átria
Dómini.

Cor meum & caro
mea, * exultavérunt
in Deum vivum.

Etenim passer invé-
nit sibi domum, * &
turtur nidum sibi ubi
ponat pullos suos.

Altaria tua Dómine
virtútum: * Rex meus
& Deus meus.

Beáti qui hábitant
in domo tua Dómine:
* in saecula saeculórum
laudábunt te.

Beatus vir, cuius
est auxilium abs te: *

ascensiōnes in corde
suo dispōsuit , in valle
lacrymārum , in loco
quem pōsuit.

Etenim benedictiō-
nem dabit legislātor ,
ibunt de virtūte in vir-
tūtem : * vidébitur
Deus Deórum in Sion.

Dómine Deus vir-
tūtum exaudi oratiō-
nem meam : * aúribus
pérçipe Deus Jacob.

Protéctor noster ás-
pice Deus : * & réspice
in faciem Christi tui.

Quia mélior est dies
una in átriis tuis * su-
per mǐllia.

Elégi abjēctus esse
in domo Dei mei , *
magis quam habitare
in tabernáculis pecca-
torum.

Quia misericórdiam
& veritatem dilit
Deus ; * grátiam &
glóriam dabit Dómi-
nus.

Non privábit bonis
eos qui ámbulant in
innocéntia : * Dómi-
ne virtútum , beátus
homo qui sperat in te.

Psalmus 96.

DOminus regná-
vit , exultet ter-
ra : * lætentur ínsulæ
multæ.

Nubes & caligo ,
in circúitu ejus: * justi-
tia & judícum corréc-
tio sedis ejus.

Ignis ante ipsum
præcedet , * & inflam-
mabit in circúitu ini-
micos ejus.

Illuxerunt fulgura
ejus orbi terræ: * vidit
& commóta est terra.

Montes , sicut cera
fluxerunt à facie Dó-
mini ; * à facie Dómi-
ni omnis terra.

Annuntiaverunt cœ-
li justitiam ejus : * &
vidérunt omnes popu-
li glóriam ejus.

Confundántur omnes qui adórant sculp-tília : * & qui glorián-tur in simuláchris suis.

Adoráte eum omnes Angeli ejus : * au-dívit , & lætata est Sion.

Et exultavérunt fí-liæ Judæ , * propter judícia tua Dómine.

Quóniam tu Dómi-nus altíssimus super omnem terram : * ni-mis exaltátus es super omnes Deos.

Qui diligítis Dómi-num , odíte malum : * Cuſtódit Dóminus ánimas Sanctórum fuórum, de manu pec-catóris liberábit eos.

Lux orta est justo , * & rectis corde læ-titia.

Lætámini justi in Dómino : * & confi-témini memóriæ fán-tificatiónis ejus.

Ant. De manu mor-tis liberábo eos : de morte rédimam eos , Allelúia. *Oſeæ.* 13.

* Plantáti in domo Dómini , Allelúia.

& In átriis domus Dei nostri florébunt , Allelúia. *Pſal.* 91. Léctio S. Evangélii se-cúndum Lucam.

Léctio 7. Cap. 10.

In illo témpore: di-xit Jesus Discípulis suis : qui vos audit , me audit : & qui vos spernit , me spernit. Et réliqua.

Homilia S. Hieróny-mi Presbiteri.

Honorámus Re-líquias Márt-yrum , ut eum cujus sunt Mártires adoré-mus ; honorámus ser-vos , ut honor ser-vórum redúndet ad Dóminum , qui ait : qui vos récipit , me

récipit. Si non sunt oculos tuos, & vide ; honorandæ Reliquiæ Alleluia. Omnes isti congregati sunt, venerunt tibi, Alleluia.
 Mártirum, quomodo legimus : pretiosa in conspectu Dómini mors Sanctorum ejus? Ergone Petri & Pauli immundæ sunt Reliquiæ? Ergone Móysi corpus immundum erit, quod juxta Hebráicam veritatem, ab ipso sepultum est Dómino? Et quotiescumque Apostolorum & Prophetarum, aut Mártirum Basílicas ingrediémur, tóties Idolorum Tempa venerabimur ? Ergone & Dómini corpus in sepulchro immundum fuisse dicitur, & Angeli, qui cándidis vêteibus utebántur, mórtuo cadáveri atque polluto, præbuérunt excubias ?
 R. Leva in circuítu

* Et vocábunt te Cívitátem Dómini, Alleluia. ¶ Sérvient ei

die ac nocte in templo ejus : & qui sedet in

throno habitabit super

illos. * Et vocábunt.

Isa. 60. Apoc. 7.

Lección 8.

SI ossa mortuorum polluant contingenentes ; quomodo Eli-séus mórtuus, mórtuum suscitavit, & dedit vitam corpori , quod juxta vigilantium jacébat immundum ? Ergone castra Israelítici exérctitus , & Populi Dei fuére immunda , quia Joseph , & Patriarcharum corpora portabant in solitudine , &

ad Sanctam Terram immundoscíneres pertulérunt? Joseph quoque, qui in typo præcéssit Dóminum nostrum salvatórem, scelerátus fuit, qui tantâ ambitione Jacob in Hebron ossa portávit, ut immundum Patrem, avo & átavo sociaret immundis, & mórtuum mórtuis copuláret.

R. Si irrúerint super nos mala, gládios, pestiléntia & fames, stábimus coram domo hac in conspéctu tuo, in qua invocátum est nomen tuum. * Clamábimus ad te in tribulatióibus nostris, & exaudies, Allelúa. **V.** Ecce tabernáculum Dei cum homínibus: Dóminus Dominórum est, & qui cum illo sunt, vocáti, élécti, & si-

déles. * Clamábimus. Gloria. * Clamábimus. 2. Par. 20. Apoc. 12. & 17.

Lectio 9.

Lectio Sancti Evangélii secúndum Joánnem. Cap. 16.

In illo témpore: dixit Jesus Discípulis suis: módicum & jam non vidébitis me, & iterum módicum, & vidébitis me: quia vado ad Patrem. Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini Episcopi. Tract. 101. in Ioánnem sub fine.

Modicum est, hoc totum spátium, quo præsens pérvolat sǽculum. Unde dicit idem ipse Evangelista in Epistola sua: no-

víssima hora est. Ideò templum sunt Spíritus-Sancti , qui in vobis est, Alleluia. 1. ad Cor. 6.
referéndum est , ubi ait : módicum & jam non vidébitis me , non ad posteriòrem ubi ait: & iterum módicum & vidébitis me. Eúndo quippe ad Patrem , factúrus erat ut eum non vidérent. Ac per hoc non ideò dictum est , quia fúerat moriturus , & donec resurgeret ab eórum aspéc-tibus recessurus ; sed quod esset iturus ad Patrem : quod fecit postquam resuréxit: & , cum eis per quadragínta dies conver-satus , ascéndit in cœ-lum.

Te Deum , &c.
AD LAUDÉS

Et per Horas.

Ant. Membra vestra

Psalmus Dóminus regnávit cum reliquis de Dominica.

Ant. Ecce, ego apériam túmulos vestros , & edúcám vos de se-pulchris vestris , Alleluia. Ezech. 37.

Ant. Congregábo vos , & dedúcám in locum quem elégi , ut habitáret nomen meum ibi , Alleluia. 2. Esdr. I.

Ant. Sedébunt in pulchritúdine pacis , & in tabernáculis fiduciæ , & in réquie opulénta , Alleluia. Isa. 32.

Ant. Omnes qui víderint eos , cognóscent illos : quia isti sunt semen , cui benedíxit Dóminus,

Dóminus , Allelúia. Dudum sepúlchris
Isa. 61. squáleant

Capitulum. Hebr. 12. Divína virtus déserit.
Sed sancta præsénti

NOs tantam ha-
bentes impósi-
tam nubem téstium ,
deponéntes omne
pondus , & circúmf-
tans nos peccátum, per
patiéntiam currámus
ad propósitum nobis
certámen : aspiciéntes
in auctórem fidei , &
consummatórem Je-
sus.

fovet
Implétque Templa
númine ,
Sed & futuræ spíritus
Post sæcla servat gló-
riæ.

Hinc ille qui nostris
latet
Cinis sub aris cóndi-
tus ,
ægris medétur efficax ,
Torquet fugátque dæ-
mones.

Sit summa Christe
laus tibi ,

Ventúre Judex sœculi
Cum Patre & almo
Spíritu

In sœculórum sœcula.
Amen.

¶. Confitébitur tibi

pulvis , Allelúia ,

¶. Annuntiabit ve-

ritátem tuam , Alle-
lúia. *Psal. 29.*

I i

Hymnus.

ADéste sancti ,
plúrimo
Dum thure , vestra
cum piis
Coluntur ossa rítibus ,
Votis favéte suppli-
cum.

Non illa , quanquam
tristibus
Imum redácta in púl-
verem

Iaus tibi ,
Ventúre Judex sœculi
Cum Patre & almo
Spíritu

In sœculórum sœcula.

Amen.

¶. Confitébitur tibi

pulvis , Allelúia ,

¶. Annuntiabit ve-

ritátem tuam , Alle-
lúia. *Psal. 29.*

AD BENEDICTUS.

¶. Cœli & terra

Ant. Offa eorum lætentur, Allelúia.

púllulent de loco suo,
nam corroboravérunt
Jacob, & redemérunt
se in fide virtútis, Al-
lelúia. Eccli. 49.

Oratio.

Auge in nobis,
Dómine, resur-
rectionis fidem, qui
in Sanctórum Relí-
quiis mirabília operá-
ris, & fac nos immor-
talis gloriæ partícipes,
cujus in eorum cinéri-
bus pignora venerá-
mur. Per Dóminum.

Pro Comm. Dom.

Ant. Módicum, &
non vidébitis me, di-
cit Dóminus : iterum
módicum & vidébitis
me, quia vado ad Pa-
trem, Allelúia, alle-
lúia.

¶. In resurrectione
tua Christe, Allelúia.

Oratio.

Deus qui erránti-
bus, ut in viam
possint redire iustitiæ,
veritatis tuæ lumen of-
tendis : da cunctis qui
Christiana professiōne
censéntur, & illa ref-
püere, quæ huic ini-
mica sunt nōmini, &
ea quæ sunt apta sectá-
ri. Per.

AD TERTIAM.

Ant. Ecce ego.

Capitulum. Ps. 36.

Custodi innocén-
tiam, & vide
æquitatēm ; quóniam
sunt reliquiæ hómini
pacífico ; injústi autem
disperibunt simul : re-
liquiæ impiórum inte-
ribunt.

¶. br. Mórtuis fácies

mirabilia ; * Alleluia , bernaculis justorum.
alleluia. Mórtuis fá- * Alleluia , alleluia.
cies. ¶ Et confitebún- Glória Patri. Vox
tur tibi. * Alleluia , exultationis.
alleluia. Glória Patri. * ¶ Oculi Domini
Mórtuis. super justos , Alleluia.

¶ Sanctis qui sunt
in terra ejus, Alleluia.

¶ Mirificavit om- R. Et aures ejus in
nes voluntates meas in preces eorum , Alle-
eis , Alleluia. Psal. lúia. Ps. 117. § 33.

AD NONAM.

Ant. Omnes qui.

AD SEXTAM.

Capitulum. Judith. 6.

Ant. Congregábo
vos.

Capitulum. Philip. 3.

Expectamus Dó-
minum nostrum
Iesum-Christum , qui
reformabit corpus hu-
militatis nostrae con-
figuratum corpori cla-
ritatis suæ.

¶ br. Vox exulta-
tionis & salutis , * Al-
leluia , alleluia. Vox
exultationis. ¶ In ta-

D Omine Deus cœ-
li & terræ , rés-
pice ad nostram humili-
tatem : & fáciem
sanctorum atténde , &
osténde , quóniam non
derelíquis præsumén-
tes de te.

¶ br. Narravérunt
in sepulchro miseri-
cordiam tuam * Alle-
luia , alleluia. Narra-
vérunt. ¶ Et veritá-
tem tuam in perditio-
ne , * Alleluia , alle-

Ii ij

**Iúia. Glória. Narravé-
runt.**

v. Non discédimus
à te vivificábis nos ,
Alleluia.

R. Et nomen tuum
invocabimus, Alle-
luia. Ps. 87. § 79.

AD II. VESPERAS.

Ant. Statuisti ut
transferréntur ossa Pa-
trum nostrórum de lo-
co suo , & fecisti in
nobis , Dómine , se-
cúndum bonitátem
tuam , Allelúaia. *Ba-*
ruch. 2.

Psal. ut in 1. Vesp.

Ant. Dormierunt
in terræ pùlvere: evi-
gilábunt in vitam æter-
nam ; & fulgébunt
quasi splendor firma-
menti , Alleluia. *Dan.*

*Ant. Dóminus non
derelinqueret Sanctos
fuos: in ætérnum con-*

sertabuntur, Alleluia,
Pf. 26.

*Ant. In justitia tua
exaltabuntur, quoniam gloria virtutis
eorum tu es, Alleluia.
Ps. 88.*

Ant. Aequales Angelis sunt: & filii sunt Dei, cum sint filii resurrectiōnis, Allelūia.
Luc. 20.

Capitulum. Isa. 62.
Terra tua non vocabitur desolata: quia complacuit dominu-
m in te. Super mu-
ros tuos constitui cuf-
todes: tota die, & to-
ta nocte in perpetuum
non tacébunt.

*Hymnus ut in 1.
Vesperis.*

v. Cantáte Dómi-
no cánticum novum,
Allelúia.

¶. Laus ejus in Ecclésia Sanctórum
Allelúia. Ps. 149.

Ad Magnificat.

Ant. Illi viri misericordiæ sunt, quorum pietates non defuerunt: corpora ipsorum in pace sepulta sunt, & nomen eorum vivit in generationem & generationem, Alleluia. *Ecli. 44. 10.*

*Oratio ut suprà**Pro Comm. Dom.*

Ant. Amen dico vobis, quia plorabitis & fleribitis vos: mundus autem gauderbit, vos vero contristabimini: sed tristitia vestra vertetur in gaudium, Alleluia.

v. Mane nobiscum Dómine, Alleluia.

r. Quóniam advesperáscit, Alleluia.

*Oratio ut suprà.***SECUNDA DIE***Infra Octavam,**Omnia ut in die*

Festi præter ea quæ hic notantur.

In I. Nocturno, Lectiones de scriptura occur.

IN II. NOCTURNO.

Sermo S. Ephrem. *De recordatione mortis.*

Lectio 4.

Carnalis nativitas nostræ ingræsus naturæ necessitate constitutus est; at exitus & vitæ discensus pretiosus ac illustris habetur: non quidem in genere omnium hominum, sed eorum dumtaxat, qui sanctè & justè vitam hanc transegérunt. Pretiosa itaque mors est, sed nativitas nequāquam: seminatur enim, ut inquit Sanctus Paulus, in ignominia, surget in gloria, plantatur in

corruptionē , resur-
get in incorruptionē . Quando in Judaismo
mōriebāntur hōmines,
execrānda & detesta-
bilia eōrum erant cadá-
vera : at si quis mor-
tem Christi causā , óp-
petit , pretiōsæ ejus sa-
nè sunt reliquiæ . An-
tēa quidem in mandā-
tis datum erat Sacer-
dōtibus & Nazaræis ,
ne se áliquo mōrtuo
inquinārent , & si quis
mōrtuum contigīset ,
pro immūndo habe-
bātur , vestésque ejus
abuebāntur : nunc au-
tem ille qui ossa Már-
tyris contingit , quan-
dam sanctificationis
communicatiōnem , &
eam grātiā quæ cōr-
pori insidet , assūme-
re crēditur ; pretiōsa
étenim est coram Dó-
mino mōrs Sanctōrum
ejus .

Mémentōte p̄-
positōrum vestrōrum ,
qui vobis locūti sunt
verbū : * Quorum
intuēntes éxitum con-
versatiōnis imitāmini
fidem , Allelūia . ¶ Sit
memória eōrum in
benedictiōne : & ossa
eōrum pūllulent de lo-
co suo . * Quorum .
Hebr. 13. Eccli. 46.

Leetio 5.

Illūstris & peramá-
bilis est semper An-
gelis atque homínibus
memória Sanctōrum .
Mōrtui , tanquam vi-
vi operāntur : ægrōtos
fanant , dæmones ex-
pēllunt , omnēmque
tyrānnidis ipsorum ne-
quitiam virtute Chris-
ti in fugam agunt .
Semper enim Sanctis
Reliquiis grātia adest
Spíritus-Sancti , quæ
cuncta in eis miracula

edit, quóniam viríligenes enim sunt : se-
ter Chrísum coram quíntur agnum quo-
homínibus in magna cùmque ierit : sine
patiéntia conféssi sunt. mácula enim sunt ante
Quare & ipse eos co- Thronum Dei. * Da-
ram Patre & Angelis bo eis. Isa. 56. Apoc.
suis prædicávit , pro- 14.

Lección 6.

Nunc ergo ô beatissimi viri , & gloriósi Mártires Dei, ómnibus benedictiō- nem impertiāmini , ut boni Discípuli , fide- lésque Ministri benig- nissimi Dómini & Sal- vatóris nostri. Ego quoque quantúmvis imbecíllus ac débilis , accépto vestris méritis atque intercessióni- bus róbore , totâ áni- mi devotióne , ante Sanctas vestras Relí- quias decantávi Hym- num laudis vestræ ac glóriæ. Quare óbsecro pro me vili ac mísero

¶. Hæc dicit Dó-
minus , qui tenuerint
fœdus meum , * Da-
bo eis in domo mea ,
& in muris meis lo-
cum , & nomen mé-
lius à filiis & filiábus:
nomen sempitérnum
dabo eis, quod non pe-
rítibit , Allelúa. ¶. Vír-

peccatóre ante Thronum Divinæ Majestatis assítite: ut præcibus vestris salútem cónsequi mérear , & vobis-
cum sempiternâ felici-
tate pérfrui , gratiâ &
benignitaté atque misericordiâ Dómini ac
Salvatóris nostri Jesu-
Christi , cui sit cum
Patre & Spíitu-Sanc-
to laus , honor , virtus,
& glória , in infini-
ta sæculórum sæcula.
Amen.

R. Inquiréntes Dó-
minum non minuén-
tur omni bono : * Cus-
tódit Dóminus ómnia
ossa eórum : unum ex
his non conterétur ,
Allelúia. **V.** Quia ócu-
li Dómini super justos,
& aures ejus in preces
eórum.*Custódit.Gló-
ria. * Custódit. **Psal.**
33. 1. Petr. 3.

Octov. Reliq.
IN III. NOCTURNO.

Léctio S. Evangélii se-
cundùm Lucam.

Léctio 7. Cap. 10.

IN illo témpore : di-
xit Jesus Discípulis
suis : qui vos audit, me
audit : & qui vos sper-
nit , me spernit. Et
réliqua.

Homilia Sancti Joán-
nis Damascéni.

De Fide orthodoxa.
Lib. 4. Cap. 15.

SAnctis , ceu Chris-
ti amicis , ceu Dei
filiis ac hærédibus ,
suus habéndus est ho-
nos , Joánnē Theólo-
go & Evangelista di-
cénte : quotquot au-
tem recepérunt eum ,
dedit eis potestatēm
Filios Dei fieri. Quo-
cirkà jam non sunt ser-
vi , sed filii. Quod si
filii ;

filii ; & hærédes. Hæ-
rédes quidem Dei; co-
hærédes autem Chris-
ti. Dóminus quoque
in Sacris Evangéliis
ad Apóstolos ita ló-
quitur : vos amici mei
estis.. Et , jam non di-
cam vos servos. Ser-
vus enim nescit quid
fáciat Dóminus ejus.
Ad hæc cum Rex Re-
gum, & Dóminus Do-
minántium , & Deus
Deórum , summus ille
ómnium cónditör ac
Dóminus dicátur, pro-
fécتو sancti quoque
tum Dii , tum Dómi-
ni , tum Reges sint
necésse est.

¶. Leva in circúitu
óculos tuos , & vide ,
Allelúia. Omnes isti
congregáti sunt , ve-
nérunt tibi , Allelúia.
* Et vocábunt te Ci-
vitátem Dómini , Al-
lelúia. ¶. Sérvient ei

die ac nocte in templo
eius : & qui sedet in
throno habitábit super
illos. * Et vocábunt
Isa. 60. Apoc. 7.

Lectio 8.

HOrum Deus .
Deus est , qui
tum Dóminus , tum
Rex est, & appellátur.
Ego enim , inquit ad
Móysen , sum Deus
Abraham , & Deus
Isaac , & Deus Jacob.
Quin Móyses Deus
Pharaónis à Deo cons-
titútus fuit. Deos por-
rò & Reges , & Dó-
minos dico , non natu-
rā; sed quia afféctibus
suis imperándo domi-
nandóque , divinæ imá-
ginis similitúdinem ,
secúndum quam cón-
diti erant , nullátenus
adulterátam servavé-
runt, (ipsa quippè Re-
gis imágō , Rex quo-

K k

que dicitur) velut
etiam qui liberâ vo-
luntatis inductione
Deo copulati fuerint ,
eumque hospitio cor-
dis excipientes , id
quod ille suâpte natu-
râ est , hoc ipsi per
gratiam evaserint.

R. Si irruerint su-
per nos mala, gladius,
pestilentia & fames ,
stâbimus coram domo
hac in conspectu tuo ,
in qua invocatum est
nomen tuum. * Clamá-
bimus ad te in tri-
bulationibus nostris ,
& exaudies, Alleluia.
R. Ecce tabernaculum
Dei cum hominibus :
Dóminus Dominorum
est , & qui cum illo
sunt, vocati, electi, &
fidèles. * Clamábimus.
Glória. * Clamábimus.
2. Par. 20. Apoc. 12.
C 17.

Quid igitur cau-
sæ esse possit ,
quominus honore il-
los prosequámur , qui
famuli , amicique , &
Dei filii sunt ? Etenim
his honor , qui con-
sérvis optimis habé-
tur , propensi erga
communem Dómi-
num animi argumen-
tum est. Hi promptuaria & munda Dei
domicilia facti sunt ;
quia Dóminus dicit :
inhabitabo in illis , &
inambulabo , & ero
illorum Deus. Quod item
justorum animæ
in manu Dei sunt , nec
mors eos attingat , Lí-
teris sacris próditum
est. Mors enim Sanc-
torum somnus potius
est quam mors. Labo-
raverunt enim in hoc
sæculo , & vivent in
finem. Et , pretiosa

in conspéctu Dómini solemnité concéle-
mors sanctórum ejus. Quid certè pretiósū
magis, quam in ma-
nu Dei esse? Deus
quippe vita & lux est.
Ita sit, ut qui in manu
Dei sunt, in vita quo-
que & luce sint.

Te Deum lauda-
mus.

TERTIA DIE

Infrà Octavam.

*In I. Nocturno,
Lectiones de scriptura
occurr.*

IN II. NOCTURNO.

Sermo Sancti Augus-
tini Episcopi.

*Lib. 21. contra Fauf-
tum.*

Lectio 4.

POpulus Christiá-
nus memórias
Mártirum religiosa

solemnité concéle-
brat, & ad excitán-
dam imitationem, &
ut méritis eórum con-
fociétur, atque ora-
tionibus adjuvétur: ita
tamen ut nulli Mártir-
um sed ipsi Deo Már-
tyrum, quamvis in
memóriis Mártirum,
constituámus Altaria.
Quis enim Antístítum
in locis Sanctórum
Cóporum assístens
Altári, aliquándo di-
xit, offérimus tibi Pe-
tre, aut Paule, aut
Cypriáne: sed quod
offértur, offértur Deo
qui Mártires coroná-
vit, apud memórias
eórum quos coroná-
vit; ut ex ipsórum lo-
córumb admonitione
major afféctus exúrgat,
ad acuéndam
charitátem & in illos
quos imitári pôssu-
mus, & in illum quo
K k ij

adjuvante pōssumius.

R. Mementōte præ-
positōrum vestrōrum,
qui vobis locūti sunt
verbū : * Quorum
intuēntes éxitum con-
versatiōnis imitāmini
fidem, Alleluia. **v.** Sit
memória eōrum in
benedictiōne : & ossa
eōrum pūllulent de lo-
co suo. * Quorum.
Hebr. 13. Eccli. 46.

Lectio 5.

Colimus ergo Már-
tyres eo cultu
dilectiōnis & socie-
tatis quo & in hac vi-
ta coluntur Sancti hō-
mines Dei, quorum cor
ad talem pro Evangé-
lica veritatē passiōnem
parátum esse sentimus.
Sed illos tantō devó-
tius, quantō secūrius
post certamina supe-
rata : quantō étiam fi-
dentiōre laude prædi-

cámus jam in vita feli-
ciōre victōres, quam
in ista adhuc usque
pugnantes.

R. Hæc dicit Dó-
minus : qui tenérint
fœdus meum, * Da-
bo eis in domo mea,
& in muris meis lo-
cum, & nomen mé-
lius à filiis & filiabus:
nomen sempitérnum
dabo eis, quod non pe-
ribit, Alleluia. **v.** Vírgi-
nes enim sunt : se-
quuntur agnum quo-
cūmque ierit : sine
mácula enim sunt ante
Thronum Dei. * Da-
bo eis. *Isa. 56. Apoc.*
I.4.

Lectio 6.

A tillo cultu, qui
Græcè Látriadí-
citur, Latíne uno Ver-
bo dici non potest,
cum sit quædam pró-
priè divinitati débita

sérvitus, nec cólimus, tódit Dóminus ómnia
nec coléndum docé- ossa eórum : unum ex
mus, nisi unum Deum. his non conterétur,
Cum autem ad hunc Allelúa. ¶ Quia ócu-
cultum pertíneat oblá- li Dómini super justos,
tio sacrificii , unde & aures ejus in preces
Idololátria dícitur eó- eórum.*Custódit. Gló-
rum , qui hoc étiam ria. * Custódit. Psal.
Idólis éxibent, nulló- 33. 1. Petr. 3.

IN IIII. NOCTURNO.

Lectio S. Evangélii se- cundùm Lucam.

Lectio 7. Cap. 10.

IN illo témpore: di-
xit Jesus Discípulis
suis: qui vos audit,
me audit: & qui vos
spernit, me spernit.
Et réliqua.

Homilia Sancti Joán-
nis Damascéni.

Ex eadem Homilia.

Christus Dómi-
nus Sanctórum
Reliquias velut salu-
taires fontes præbuit,

¶ Inquiréntes Dó-
minum non minuén-
tur omni bona: * Cus-

ex quibus plúrima ad nos beneficia manant, suavissimúmque unguéntum prófluit. Nec quisquam his fidem détrahat. Nam si aqua in desérto ex áspera & dura rupe, atque ex ásini Maxilla, ad sedándam Samisóni fistim, Deo ita volénte, prosiliit, cur incredibile videátur, ex Sanc-tórum Relíquiis suáve ungéntum scaturíre ? Mínimè certe, iis qui-dem quibus Dei po-tentia, & honor quo Sanctos suos áfficit, exploráta sunt.

Rg. Leva in circúitu óculos tuos, & vide, Allelúia. Omnes isti congregáti sunt, ve-nérunt tibi, Allelúia.
* Et vocábunt te Ci-vitátem Dómini, Al-lelúia. ¶ Sérvient ei die ac nocte in templo

ejus : & qui sedet in throno habitábit super illos. * Et vocábunt. Isa. 60. Apoc. 7.

Leélio 8.

IN lege quisquis mórtuum tetigerat, immúndus censébatur. Verum hi in mortuórum númeru habéndi non sunt. Ex quo enim ille qui ipsa vita est, & vitæ auctor inter mórtuos députátus est; eos qui cum spe resur-rectionis, fidéque in ipsum, obdormiérunt, nequáquam mórtuos appellámus. Quî enim corpus mirácula édere queat ? Quânam igitur ratione horum óperâ Dæmones ex-pelluntur, morbi pro-fligántur, ægróti sanántur, cœci visum recipiunt, leprósi mun-dántur, omne datum

óptimum , iis qui fide non dóbiam póstulant , per eos descéndit à Pa- tre lúminum.

R. Si irrúerint su-
per nos mala, gládius,
pestiléntia & fames ,
stábimus coram domo
hac in conspéctu tuo ,
in qua invocátum est
nomen tuum. * Clamá-
bimus ad te in tri-
bulatióibus nostris ,
& exaudíes , Allelúa.
V. Ecce tabernáculum
Dei cum homínibus :
Dóminus Dominórum
est , & qui cum illo
sunt, vocáti, élécti, & fi-
déles. * Clamábimus.
Glória. * Clamábimus.

2. Par. 20. Apoc. 12.
C 17.

Lección 9.

Quid labóris non
fusciplias, ut pa-
trónum nanciscáris ,
qui te mortálí Regi

ófferat , & pro te ad
eum verba faciat ? An
non ígitur ii honorán-
di , qui totius géneris
humáni patróni sunt ,
Deóque pro nobis
supplices preces ádhic-
bent ? Honorándi ,
certè ; & quidem ita
ut in eórum nómine
templa Deo extruá-
mus , dona offerámus ,
memórias eórum co-
lámus , atque in iis spi-
rituáliter oblectémur :
câ utique lætitiâ , quæ
illis arrídeat à quibus
invitámur ne dùm de-
meréri illos studémus ,
offendámus pótius &
irritémus.

Te Deum , &c.

QUARTA DIE
Insià Octavam.

In 1. Nocturno ,
Lectiones de scriptu-
ra occur.

IN II. NOCTURNO.

Ex Libro primo Jonæ
Aurelianensis Episcopi.

*De cultu imaginum
adversus heresim
Claudii.*

Lectione 4.

Quantum ab his
qui sanum sa-
piunt perversè diffé-
nias, res ipsa líquidò
prodit, plena quippe
sunt blasphemiae ver-
ba quæ in contémp-
tum Sanctórum im-
pudénti ore protulisti.
Nímium ergo & in-
felíciter errando à sen-
su cunctórum fidélium
discrepásti, quando
Sanctórum pretiosa
Córpora quæ Deo de-
dicavérunt, & in qui-
bus officiosissimè ei
serviérunt, quæ útique
órganum Sancti-Spíri-

tus extitérunt, pecóribus & ut vériùs te
scripsisse dixísti, la-
pídibus, & lignis coe-
quásti. Hác quippe
prosecutiónē tuā, quā
te Sanctórum Córpo-
ra despéctui habére
maniféstas, errórem
eustárii & vigilántii
omníno sequi convín-
ceris. Utérque ígitur
Relíquias Sanctórum
contemnendas, & ália
multa, contra statúta
Ecclesiástica insanién-
do dogmatisávit, &
idcírcò méritò sub per-
pétuó anathémate He-
reticórum Collégio
datus est.

R. Mementóte præ-
positórum vestrórum,
qui vobis locuti sunt
verbum: * Quorum
intuéntes éxitum con-
versatiónis imitámini
fidem, Alleluia. ¶ Sit
memória eórum in
benedictióne:

benedictione : & ossa
eorum púllulent de lo-
co suo. * Quorum.
Hebr. 13. Eccli. 46.

Lectione 5.

Si igitur (ut adf-
truis) Sanctorum
Corpora similitudí-
nem pecorum habent,
ergo non more humá-
no terræ mandanda
sunt, sed juxta cujus-
dam erróneum dog-
ma (Diógenem scili-
cet Cynicum dico)
feris avibusque proji-
cientur, aut certe quo-
quo versum velut lapis
inutilis & lignum in-
fructuosum dispergan-
tur. Quis Catholicó-
rum rogo te, tam ím-
pia tamque blasphemá-
ma verba vel légere
vel audire possit ? An
nescis Pagánis moris
fuisse ossa Mártirum
quos diversissimis ge-
néribus mortuum ne-

cabant, ne á Christiá-
nis honorabiliter repe-
liréntur , diversissimis
modis occuluísse , aut
igni concremásse , aut
certe feris avibusque
exposuísse? Hoc vidéli-
cet per eos , quantum
eis possibilè fuit , ca-
vénibus impuris spi-
ritibus , ne per Cíne-
res Sanctorum aug-
mentaréntur beneficia
mortaliūm confunde-
rétur pertinacia insi-
délium , & detegeré-
tur dolositas ipsorum.

Ig. Hæc dicit Dó-
minus , qui tenuerint
foedus meum , * Da-
bo eis in domo mea ,
& in muris meis lo-
cum , & nomen mé-
lius à filiis & filiabus
nomen sempiternum
dabo eis, quod non pe-
rítbit , Alleluia. ¶ Vir-
gines enim sunt : se-
quuntur agnum quo-

cumque ierit : sine tus est confiteri , jam
mácula enim sunt ante
Thrónum Dei. * Da-
bo eis. Isa. 56. Apoc.

14.

Lectione 6.

Ad Sanctórum Cíneres, ut Beá-
tus Hierónimus advér-
sus vigilantium scribit,
Dæmones rúgiunt , &
de obséssis corpóribus
auffugiunt , & ália
multa innúmera eó-
rum intervéntu suffra-
gánte & Christi grá-
tiâ cooperánte fiunt.
Ad pécorum vero ca-
dávera , & ad lápides
& ad ligna nil tale fie-
ri haud dúbium est.
Scribit itaque Beátus
Augustínus in Libro
Civitatis Dei : nempè
(inquit) spíritus fal-
lax cuius instínguit
Hermes ista dicébat ,
per eum ipsum coac-

tunc illam terram se-
pulchrórum mortuó-
rum quos pro diis co-
lébant suisse pleníssi-
mam , sed dolor Dæ-
monum per eum lo-

quebáatur , quis suas
futúras pœnas apud
Sanctórum memórias
imminére mærébant.
In multis enim tár-
libus locis torquén-
tur & confitentur , &
de posséssis hóminum
corpóribus ejiciúntur.

¶. Inquiréntes Dó-
minum non minuén-
tur omni bono : * Cus-
tódit Dóminus ómnia
ossa eórum : unum ex
his non conterétur ,
Alleluia. ¶. Quia ócu-
li Dómini super justos ,
& aures ejus in preces
eórum. * Custódit. Gló-
ria. * Custódit. Psal.
33. 1. Petr. 3.

*IN III. NOCTURNO.***Léctio S. Evangélii se-**
cundūm Lucam.**Lectio 7. Cap. 10.**

IN illo tempore: dixit Jesus Discípulis suis: qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Et reliqua.

Homilia Sancti Joán-
nis Damascéni.*Ex eadem Homilia.*

Quibus rebus Deus cólitur, iisdem servi quoque ipsius oblectantur. Quibus autem Deus offenditur, iisdem etiam milites offenduntur. Quocirca in Psalmis & hymnis & Cánticis spirituálibus, in compunctione quoque, & egenórum miseratio-ne, quibus & Deus

potissimum cólitur, nos qui fidéles sumus, cólere Sanctos opóret. Státuas eis, & imágines quæ videántur erigámus: imò virtutes eórum imitando hoc consequámur, ut vivæ ipsorum státuæ imaginésque evadamus.

¶. Leva in circúitu óculos tuos, & vide, Allelúa. Omnes isti congregati sunt, vénérunt tibi, Allelúa.

* Et vocábunt te Cívitátem Dómini, Allelúa. ¶. Sérvient ei dié ac nocte in templo ejus: & qui sedet in throno habitabit super illos. * Et vocábunt. *Isa. 60. Apoc. 7.*

Lectio 8.

Déiparam ceu verè & propriété Dei genitrícem honoré

Lij

mus: Prophétam Joán-
nem uti præcursorēm
& Baptístam, Aposto-
lumque & Mártyrem;
quandóquidem Dómi-
nus dixit, inter natos
mulierum non surrexi-
sse majórem Joánnē-
Baptísta: quin & ipse
regni primus prædicá-
tor éxitit. Apóstolos
item, velut Dómini
fratres, qui eum ócu-
lis conspexérunt, ip-
siusque perpassiónum
Minístri fuérunt, quos,
inquam, & Pater
præscívit ac prædesti-
návit, conformes sie-
ri imáginis Filii sui,
primūm Apóstolos,
secúndò Prophétas,
tértio Pastóres atque
Doctóres.

¶. Si irrúerint su-
per nōs mala, gládium,
pestiléntia & famēs,
stábimus coram domo
hac in conspéctu tuo,

in qua invocátum est
nomen tuum. * Clá-
mábitus ad te in tri-
bulatióibus nostris,
& exaudíes, Alleluia.
¶. Ecce tabernáculum
Dei cum homínibus:
Dóminus Dóminórum
est, & qui cum illo
sunt, vocáti, élécti, & fi-
déles. * Clamábitus,
Glória. * Clamábitus.
2. Par. 20. Apoc. 12.
¶ 17.

Lección 9.

Martyres ex om-
ni classe éléctos,
ut Christi mílitēs, qui-
que ipsius bísberint Cá-
licem, vivificæ mor-
tis ipsius baptismo
baptisati, tanquam
passiónum ipsius &
gloriæ fócios. Tum
étiam Sanctos Patres
nostrós, Deigerósque
Mónachos, qui diu-
turniore ac molestiore

consciéntiae martyrio perfuncti sunt, qui circuiérunt in melótis, in péllibus caprínis, egéntes, afflicti, angustiati, in solitudinibus errantes, in móntibus & speluncis, & cavérnis terræ, quibus dignus non erat mundus. Eos déniq[ue], qui ante grátiā extitérunt, Prophétas, Patriárchas, Justos qui Christi ad-véntum prænunciárūt. Horum ómnium intuéntes conversatió-nem, imitémur fidem, dilectionem, spem, zelum, vitam, passiónum tolerántiam, pa-tiéntiam ad sanguinem usque, ut earumdem ac illi gloriæ coro-narum consórtes & partícipes efficiámur.

Te Deum lauda-mus,

QUINTA DIE Infrà Octavam.

*In I. Nocturno,
Lectiones de scriptura occur.*

IN II. NOCTURNO.

De Libro Jonæ Aurelianén-sis Epíscopi.

*De cultu Imaginum
adv. heres. Claud.*

Lectio 4.

Pretiosa sunt Mártyrum corpora quóniam plagas pro Dómino suscepérunt, & quia stigmata properter Christum membris suis impréssa fuérunt, & sicut coróna regális úndique decoráta fulgôres vários emittit, ita & Sanctórum Mártyrum corpora, sicut pretiosis lapídibus exéptis pro Christo vul-

néribus distíncta, omni Regum diadémate pretiosiora, & spec tabilióra redduntur. Quia igitur innúmeris Sanctórum Patrum documéntis declarátur quod Sanctórum cörpora pretiosa sint, & à cunctis fidélibus ve neranda & honoranda, liquet profectò, quia infidélium est ea contémnere, & fidélium ea humániter terræ mandare, & ob ejus amórem pro cuius nōmine passi sunt honorare. quorum alterum impietatis est quidem; alterum vero pietatis constat esse indícum.

N. Mementóte præpositórum vestrórum, qui vobis locuti sunt verbum: * Quorum intuéntes éxitum conversatiónis imitámini

fidem, Allelúia. *v.* Sit memória eórum in benedictióne: & ossa eórum púllulent de loco suo. * Quorum. Hebr. 13. Eccli. 46.

Lectio 5.

Quod si pretiosa Corpora Sanctórum, pécorum, vel lápidum & lignórum similitudinem habent, quid dicturus es de miraculis quæ Christi potentiâ operante apud eórum memórias mirabiliter fiunt? Manifestum est enim cunctis fidélibus eorumdem Sanctórum Corpora multis magnisque miraculis divinitus honorari: nec immérítò; æquum quippè est ut qui corpora sua membra justitiæ útiliter exibuerunt, & in eis Diabolum triumpháreunt,

tam evidéntibus cor-
rúscen̄t miráculis, quá-
tenus præcláris divinæ
remuneratiónis appá-
reat indíciis , quam
pretiós̄a sit mors Sanc-
tórum in conspéctu
Dómini,& quod mag-
na sit eórum virtus
apud altissimum. At
si nunc Córpora Sanc-
tórum in púlverem
cinerémve redácta ,
tantis divinâ pietáte
munerántur miráculis,
quantis putas resurrec-
tionis témpore perpé-
tuis donabúntur præ-
miis.

*R. Hæc dicit Dó-
minus : qui tenérint
fœdus meum , * Da-
bo eis in domo mea ,
& in muris meis lo-
cum , & nomen mé-
lius à filiis & filiábus :
nomen sempitérnum
dabo eis, quod non pe-
rítbit, Allelúia. ¶ Vir-*

gines enim sunt : se-
quuntur agnum quo-
cúmque ierit : sine
mácula enim sunt ante
Thronum Dei. * Da-
bo eis. *Isa. 56. Apoc.*
14.

Sermo S. Gregórii Na-
zianséni.

Orat. *tertia contra Ju-
lianum.*

Lección 6.

NOn víctimas pro
Christo coesas
véritus es ? Nec mag-
nos págiles extimuiſti,
Joánnem illum , Pe-
trum , Paulum , Jacó-
bum , Stéphanum ,
Lucam , Andréam ,
Theclam , eos , qui &
pact illos , & antè il-
los , pro veritaté peri-
culis se objecérunt ?
Qui cum igni , & fer-
ro , & bél Luis , & ty-
ránnis , & præséntibus

malis & denuntiatis ,
alacri animo , velut in
aliénis corpóribus ,
imò quasi cörperum
expétes, dimicarunt ?
(Cur ? Ne pietatē
verbo tenus próde-
rint :) quibus præclá-
ri honores & festa
constituta sunt : à qui-
bus Dæmones propell-
luntur , & morbi cu-
rántur ; quorum appa-
ritiones & prædic-
tiones , quorum vel
sola cörpera idem pos-
sunt quod animæ sanc-
tæ , sive tangántur si-
ve honoréntur ; quo-
rum vel solæ sanguini-
nis guttae , atque exí-
gua passiónis signa
idem possunt quod
cörpera .

R. Inquiréntes Dó-
minum non minuén-
tur omni bono : * Cuf-
tódit Dóminus ómnia
offa eórum : unum ex

his non conteréntur ,
Alleluia. ¶ Quia ócu-
li Dómini super justos ,
& aures ejus in preces
eórum. * Custódit. Gló-
ria. * Custódit. Psal.
33. 1. Petr. 3.

IN III. NOCTURNO.

Léctio S. Evangélii se-
cundūm Lucam.

Lectio 7. Cap. 10.

IN illo tempore : di-
xit Jesus Discípulis
suis : qui vos audit ,
me audit : & qui vos
spernit , me spernit .
Et reliqua .

Homilia S. Joánnis
Chrisóstomi.

De Mart. Egyp.

SI , qui multa præ-
clárè gésserant , ma-
jorum nostrorum etá-
te Sanctórum virórum
nómina prætendéntes ,
arque ad Abraham ,
Isaac

Isaac & Jacob appellationem confugientes, non nihil solatii sunt assecuti ac magnam ex horum nōminum commemoratiōne utilitātem decerpserunt; multò magis nos non tantum nōmina, sed & ipsa quæ decertarunt, corpora prætendentes, Deum propítium & benignum habére poterimus ac placátum.

¶. Leva in circuitu oculos tuos, & vide, Alleluia. Omnes isti congregati sunt, venerant tibi, Alleluia. * Et vocabunt te Civitatem Dómini, Alleluia. ¶. Sérvient ei die ac nocte in templo ejus: & qui sedet in throno habitabit super illos. * Et vocabunt. Isa. 60. Apoc. 7.

Lectio 8.

ATque ut ea quæ dicimus, verborum sumum non esse conflct, norunt multi, tum indigenarum, tum eorum qui aliundè venerant, quanta Sanctorum istorum sit virtus qui & testimonio suo quæ dicta sunt comprobant; ut quia quantum apud Deum fiduciam obtineant, experimento compérint. Ac méritò sanè, non enim vulgari modo pro veritate decertarunt, sed adeò fôrtiter strenuèque violentos ac intolerabiles impetus Dæmonis refutarunt, ac si in fâxeis ferreisque, non autem obnoxiiis corruptiōni, mortalibusque corporibus decertarent: quasi jam ad illam passiō-

M m

nis expértem & immortálem natúram , acébris ac dolorem inuréntibus córporis cruciátibus non cedéntem translati fuissent.

¶. Si irrúerint super nos mala, gládius, pestiléntia & fames , stábimus coram domo hac in conspectu tuo , in qua invocátum est nomen tuum. * Clamábimus ad te in tribulatióibus nostris , & exáudies , Allelúa.

¶. Ecce tabernáculum Dei cum homínibus : Dóminus Dominórum est , & qui cum illo sunt, vocáti, élécti, & fidéles. * Clamábimus. Glória. * Clamábimus.

2. Par. 20. Apoc. 12. ¶ 17.

Lectio 9.

ETENIM tanquam sàvæquædam bél-

luæ crudéles & immá- nes córpora circumfí- tantes úndique carní- fices látera perfodié- bant ; carnes lacerá- banç, ossa detegébant, ac denudábant , nec eos quidquam ab illa crudelitáte atque im- manitáte revocábat : sed & cum terga per- vasíssent ac víscera , & ad íntima penetrás- sent, reconditum in illis fidei thesaúrum compilándum non in- venérunt , tália nam- que sunt ánime bona , non córporis passióni- bus prodúntur , cum ea ipsa cautè custódit. Licet ipsum pectus ef- fódias & raptum cor minutátim concidas , thesaúrum semel à fide sibi créditum non di- mittet.

Te Deum lauda-
mus.

 SEXTA DIE
 Infrā Octavam.

In I. Nocturno, Lectorum de scriptura occurrit.

IN II. NOCTURNO.

Sermo Sancti Joánnis
Chrisóstomi.

Serm. 42. in Sanct. Ignatium.

Lectio 4.

Quisquis cum fide ad Sanctos accedit, magnis afficitur beneficiis. Sanctorum enim non modo corpora, sed ipsi loculi, & monumenta spirituali gratiā confertur. Nam si in Eliseo id contigit, ut defunctus, sepulchrum ejus attingens, mortis vincula dissolverit, & ad vitam rursum redierit; multò magis id fieri hoc tempore, quo grātia fluit uberior, Spiritus major est vis; ut si cum fide aliquis arcām attingat, magnam inde virtutem habuerat. Et eam ob causam, Reliquias Sanctorum nobis concessit Deus, ut nos ad se eorum imitatione perducat, & sint nobis velut portus quidam, & idoneum solatium eorum malorum, quæ assidue nos affligunt.

*M. Mementote præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum: * Quorum intuentés exitum conversationis imitamini fidem, Alleluia. ¶ Sit memoria eorum in benedictione: & ossa eorum pullulent de lo-*

M m ij

co suo. * Quorum.
Hebr. 13. Eccli. 46.

Lectione 5.

Quamobrem vos omnes cohortor, Fratres, si quis vestrum ægritudine animi, vel corporis morbo, vel quavis aliâ calamitate premitur, ut cum fide huc accédat, & ab illis ómnibus liberatus, magna cum lætitia revertetur, & aspéctu solo consciéntiam leviorum, & tranquilliorem reportábit. Quin etiam expedit, ut non solum ii qui ærumnis, & moléstijs affecti sunt, huc fese cónferant, sed illi etiam, qui & animi quiete & gloriâ, & potentiâ, & magnâ apud Deum fiduciâ perfruuntur.

Huc enim accédentes 14.

bona hæc efficient firmiora & stabiliora: & memória virtutum & rectè factórum horumce Sanctorum Virorum ánimos suos reddent moderatores, nec consciéntias suas bonis opéribus efféri atque intumescere patientur.

R. Hæc dicit Dominus: qui tenuerint foedus meum, * Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filiis & filiabus: nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit, Allelúia. ¶ Vírgines enim sunt: sequuntur agnum quocumque ierit: sine mácula enim sunt ante Thronum Dei. * Dabo eis. Isa, 58. Apoc.

Lectio 6.

UTILIS igitur cunctis hic thesaurus est, & refugium salutare, tam illis qui rebus duris atque asperis, & peccatis conflictantur, ut ab iis liberentur; quam illis qui prosperè ac feliciter degunt, ut diu fruántur bonis: illis qui morbis labórant, ut bonam valetudinem consequántur: illis qui cōmodā gaudent valetudine, ne in morbum aliquem incúrrant. Quæ quidem omnia considerantes, cum omni gaudio atque lætitia sacrum hunc locum frequéntemus, ut contubérnii mensæque cœlestis participes cum Sanctis fieri valeámus, præcibus ipsorum Sancto-

rum, & gratiâ ac benignitate Domini nostri Jesu Christi cum quo Patri glória, Sanctoque Spiritui, nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

R. Inquirentes Dominum non minuentur omni bono: * Custódit Dominus omnia ossa eorum: unum ex his non conteretur, Alleluia. ¶ Quia oculi Domini super justos, & aures ejus in preces eorum. * Custódit Glória. * Custódit. Psal. 33. 1. Petr. 3.

IN III. NOCTURNO.

Lectio S. Evangélii secundum Lucam.

Lectio 7. Cap. 10.

IN illo tempore: dixit Jesus Discípulis suis: qui vos audit, me audit: & qui vos

spernit , me spernit . tur membra ómnia.
Et réliqua . Caput coronátur &

Homilia Sancti Joán-
nis Chrisóstomi.

In S. Mart. Romanum.

R Ursùs Mártyrum
memória, & rur-
sùs dies festus , & ce-
lébritas spirituális. La-
borárunt illi , & nos
lætámur. Decertárunt
illi , & nos exultámus.
Illórum est coróna &
commúnis glória , il-
lórum sunt præmia &
certámina ; & totius
Ecclésiæ glória , decus ,
& gloriatio. Et quó-
modo , dicet quíspiam ,
posset hoc fieri ? Quod
partes & membra nos-
tra non sunt Márty-
res : sive autem pátitur
unum membrum ,
compatiúntur ómnia
membra , sive glori-
ficátur unum mem-
brum , cum eo lætan-

tur membra ómnia.
Caput coronátur &
réliquum corpus exúltat.
Nos pedes sumus ,
Mártires autem caput .

R. Leva in circuitu
óculos tuos , & vide ,
Alleluia. Omnes isti
congregáti sunt , ve-
nérunt tibi , Alleluia.
★ Et vocábunt te Ci-
vitátem Dómini , Al-
leluia. ¶ Sérvient eī
die ac nocte in templo
ejus : & qui sedet in
throne habitábit super
illos. ★ Et vocábunt.
Isa. 60. Apoc. 7.

Lección 8.

ET quid de Mar-
tyribus dico ? Si
enim Dóminus ipso-
rum nostrum caput fie-
ri non erúbuit , multò
magis ipsi esse nostra
membra non erubé-
cunt ; habent enim ra-
dicátam charitátem ,

solet autem cháritas ea
quæ sunt disjuncta
conjungere & colligá-
re , neque de dignitá-
te ámodum accuratè
inquirit. Quómodo er-
go ipsi , peccántibus
nobis dolóre simul af-
ficiuntur, ita nos étiam
simul cum eis in rectè
factis lætamur. Sic
étiā jussit Paulus gau-
dēre cum gaudénti-
bus , & flere cum flén-
tibus. Sed flere qui-
dem cum fléntibus est
valdè facile , gaudére
autem cum gaudénti-
bus non facile ámo-
dūm.

R. Si irrúerint su-
per nos mala, gládīus,
pestiléntia & famēs ,
stábimus coram domo
hac in conspéctu tuo ,
in qua invocátum est
nomen tuum. * Clamá-
bimus ad te in tri-
bulatiōnibus nostris ,

& exaudies , Allelúia.
¶ Ecce tabernáculum
Dei cum homínib⁹ :
Dóminus Dominórum
est , & qui cum illo
sunt, vocáti, élécti, & fi-
déles. * Clamábimus.
Glória. * Clamábimus.
2. Par. 20. Apoc. 12.
¶ 17.

Lección 9.

Ne igitur óbsecro ,
ne ádeò malè de
nobis deque nostra ip-
sorum salúte statuá-
mus , sed óculis nos-
tris ad Sanctos istos
convérſis , ad generó-
ſos atque tolerántes
Athlétas qui nobis , ut
quasi faces prælúceant ,
dati sunt , ad horum
tolerántiam atque pa-
tiéntiam vitam nostram
componámus , ut có-
rum prémibus , post-
quam hinc excesséri-
mus , tum illos vidére ,

tum amplécti possimus , atque in illis cœlestibus tabernáculis collocári.

Te Deum laudamus.

SEPTIMA DIE

Infrà Octavam.

*In I. Nocturno ,
Lectiones de scriptura occur.*

IN II. NOCTURNO.

Sermo Sancti Joánnis
Chrifostomi.

Serm. 51. in S. Eustachium.

Lectione 4.

MOnumenta Sanc-
torum non lócu-
li solum sunt, cápsulæ,
colúmnæ, ac litteræ,
sed res præclæræ gestæ,
ac fidei zelus, & fana
apud Deum conscién-
tia. Siquidem omni

colúmnâ splendídior
hæc Ecclésia Sanctis
est erécta, quæ litteras
habet non mutas, sed
quærebus ipfis búccinâ
clárius memóriam eó-
rum prædicant, ac ce-
lebritatē, & unus-
quisque vestrum , qui
adéstis , Sanctórum il-
lórum est sepúlchrum,
sepúlchrum animá-
tum , atque spiritale.
Nam si cujúsque ves-
trum , qui adéstis ,
consciéntiam expli-
ciero , Sanctos istos
intus in mente vestra
repériam diversántes.

*Iij. Mementóte præ-
positórum vestrórum ,
qui vobis locúti sunt
verbum : * Quorum
intuéntes éxitum con-
versatiónis imitámini
fidem, Alleluia. ¶ Sit
memória eórum in
benedictiōne : & ossa
eórum púllulent de lo-*

co

eo suo. * Quorum.
Hebr. 13. Eccli. 46.

Lection 5.

VIdetis ut nihil profecerint adversarii, ut gloriam non extinxerint, sed extulerint potius, sed illustriorem reddiderint potius, tot pro uno sepulchris erectis, sepulchris animatis, sepulchris vocem mittentibus, sepulchris ad eumdem zelum comparatis? Idcirco Sanc-torum Corpora, & fontes, & radices, & unguenta nuncupo spiritalia. Quid ita? Quoniam unumquodque istorum, quae dixi, virtutem suam apud se non retinet tantum, sed etiam ad alia multa longe, latèque diffundit.

P. Hæc dicit Dó-

minus, qui tenuerint feedus meum, * Da-bo eis in domo mea, & in maris meis locum, & nomen melius à filiis & filiabus: nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit, Alleluia. ¶ Viginis enim sunt: sequuntur agnum quemque ierit: sine macula enim sunt ante Thronum Dei. * Dabo eis. Isa. 56. Apoc. 14.

Lection 6.

Ex Libro primo Sancti Augustini Episcopi, de Civitate Dei. Cap. 13.

Non contemnenda & abjicienda sunt corpora defunctorum maximèque justorum atque fidélium, quibus tanquam órga-

Nn

nis & vasis ad ómnia bona ópera sanctus usus est spíritus. Si enim patérrna veltis & ánnulus, ac si quid hújsmodi tantò cárius est pósterioris ; quantò erga paréntes major est afféctus; nullo modo ipsa spernénda sunt córpora , quæ útique multò familiárius atque conjúnctius, quam quælibet induménta gestámus. Hæc enim non ad ornaméntum vel adjutórium , quod adhibétur extrínsecus, sed ad ipsam natúram hóminis pértingent. Únde & antiquórum jús- tórum fúnera officiósâ pieráte curáta sunt, & exequiæ celebrátæ , & sepultúra provisa : ip- sique dum viverent , de sepeliéndis , vel étiam transferéndis suis corpóribus filiis

mandavérunt.

N. Inquiréntes Dó- minum non minuén- tur omni bono : * Cus- tódit Dóminus ómnia ossa eórum : unum ex his non conterétur , Allelúia. **N.** Quia ócu- li Dómini super justos, & aures ejus in preces eórum. * Custódit. Gló- ria. * Custódit. Psal.

33. 1. Petr. 3.

IN III. NOCTURNO.

Léctio S. Evangélii se- cundùm Lucam.

Léctio 7. Cap. 10.

In illo témpore : di- xit Jesus Discípulis suis : qui vos audit, me audit : & qui vos sper- nit , me spernit. Et réliqua.

Homilia Sancti Joá- nnis Damascéni.

De Imaginibus hom. 3.

ADORANTUR illi , in quibus requié-

vit Deus , qui solus
Sanctus est. Atqui in
sanctis requiescit , pu-
ta in beata Dei genitri-
ce & cunctis sanctis.
Hi porrò sunt , qui
óperam omnem po-
suérunt , quò Dei sí-
miles eváderent , id-
que , tum propriæ vo-
luntatis conátu , tum
per Dei inhabitatio-
nem & auxilium : qui
quidem Dii quoque di-
cuntur non nátrâ , sed
institutióne : quemád-
modum ferrum igni-
tum ignis dicitur , non
nátrâ , sed institutió-
ne , & ignis partici-
patione. Ait enim :
sancti éritis , quóniam
ego Sanctus sum.

¶. Leva in circúitu
óculos tuos , & vide ,
Alleluia. Omnes isti
congregáti sunt , ve-
nérunt tibi , Alleluia.
*Et vocábunt te Ci-

vitátem Dómini , Al-
leluia. ¶. Sérvient ei
die ac nocte in templo
ejus : & qui fedet in
throno habitabit super
illos. * Et vocábunt.
Isa. 60. Apoc. 7.

Lectione 8.

Hoc primum à vo-
luntatis electiō-
ne pendet , tum omni
voléntibonum , Deus
fert auxilium ad bo-
num perficiéndum ,
deindè , inhabitábo ,
inquit , in eis , & in-
ambulábo. Et , Tem-
plum Dei sumus , &
spíritus Dei hábitat in
nobis. Ad hæc : dedit
eis potestátem in spí-
ritus immúndos , ut
egicerent eos , & curá-
rent omnem languo-
rem , & omnem infir-
mitátem. Et , quæcúm-
que fácio , vos étiam
faciéatis , & majora his

N n ij

faciétis. Insuper : vi-
vo ego dicit Dóminus,
eos qui me gloríficant,
glorificábo. Et , Sí-
quidem compátimur ,
ut & conglorificémur.
Itémque : Deus stetit
in Sinagóga Deórum :
in médio autem Deos
disjudicábit.

R. Si irrúerint su-
per nos mala, gládios,
pestiléntia & fames ,
stábimus coram domo
hac in conspéctu tuo ,
in qua invocátum est
nomen tuum. * Clamá-
bimus ad te in tri-
bulatióibus nostris ,
& exaudíes , Allelúia.
¶. Ecce tabernáculum
Dei cum homínibus :
Dóminus Dominórum
est , & qui cum illo
sunt, vocáti, élécti, & fi-
déles. * Clamábimus.
Glória. * Clamábimus.
2. Par. 20. Apoc. 12.
¶ 17.

Lección 9.

Quemadmodum
igitur ii verè
Dii sunt, non naturâ ,
sed quia párticipes
sunt ejus , qui naturâ
Deus est , sic quoque
adorántur : non quod
suápte natûrâ sint ado-
rándi ; sed quóniam il-
lum , qui pro natûrâ
suâ adorándus est , in
seípsis habent. Ferrum
ignítum secundum
suam natûram ejúsmo-
di non est ut tangi né-
queat ; sed quia párti-
ceps factum est ignis ,
cujus natûra est ut
combúrat.

Te Deum lauda-
mus.

IN OCTAVA
Reliquarum

In primis Vesperis
omnia dicuntur ut in
primis Vesperis Festi,

Commemoratio Dom.

Ant. Vado ad eum
qui misit me : & ne-
mo ex vobis intérro-
gat me , quò vadis ?
Allelúia , allelúia.

V. Mane nobiscum ,
Dómine , Allelúia.
R. Quóniam adves-
peráscit , Allelúia.

Oratio.

Deus , qui fidé-
lium mentes
unius éfficis voluntá-
tis : da pópolis tuis id
amáre quod præcipis ,
id desiderare quod
promíttis ; ut inter
mundánas varietátes ,
ibi nostra fixa sint cor-
da , ubi vera sunt gaú-
dia. Per Dóminum.

AD MATUTINUM.

*Omnia ut in die
Festi præter ea que hic
notantur ut propria.*

*In I. Nocturno ,
Lectiones sumuntur de
Dominica quarta post
Pascha.*

IN II. NOCTURNO.

Sermo Sancti Augus-
tíni Epíscopi.
Serm. 275. in Natali.
S. Mart. Vincentii.

Lectione 4.

Verè pretiosa in
confspéctu Dó-
mini mors Sanctórum
ejus : quando nec ter-
ra carnis vitâ deserén-
te contémnitur , & in-
visíbili áнима de do-
mo visíbili discedén-
te , habitaculum servi-
curâ Dómini custodí-
tur , & in glóriam Dó-
mini à consérvis fidé-
libus honorátur. Quid
enim agit Deus mira
ópera faciéndo circa
Sanctórum Córpora
defunctórum , nisi tes-

timónium pérhibet si-
bi non perire quod
móritur , & ut hinc
intelligátur in quali
honóre secum hábeat
ánimas occisórum ,
quando caro exánimis
tanto afféctu divinitá-
tis ornátur? Sicut enim
de membris Ecclésiæ
loquens Apóstolus si-
militúdinem adhíbuit
de membris córporis
nostrí , quóniam quæ
inhonéstā sunt nostra ,
his abundantiórem
honórem circumpóni-
mus : ita providén-
tia creatórís cadavéri-
bus sanctórum tam
præclára miraculórum
testimónia præstándo ,
abundantiórem honó-
rem exánguibus reli-
quiis hóminum cir-
cumpónit , & quod
vitâ emigránte tan-
quam defórme jam
rémanet , ita evidén-
tius præsens vitæ dator
appáret.

¶. Mementóte præ-
positórum vestrórum ,
qui vobis locúti sunt
verbum : * Quorum
intuéntes éxitum con-
versatiónis imitámini
fidem , Allelúa. ¶. Sit
memória eórum in
benedictióne : & ossa
eórum púllulent de lo-
co suo. * Quorum.
Hebr. 13. Eccli. 46.

Lectione 5.
Serm. 277. De S. Vin-
centio.

Qualis decóris
habébat spíri-
tum , cuius fuit & ca-
dáver invíctum ? Dó-
minum conféssus est
vivus : inimícum su-
perávit & mórtuus.
Quid putámus , Fra-
tres , quod istum ho-
nórem providéntia &
consilium omaipotént-

tis creatoris cum etiam defuncto corpori detulit, Martyri aliquid praestitit? Quid enim, si non sepeliretur, ignorabat ille unde suscitaretur? Illi & in victoria corona, & in resurrectione servata est vita eterna, sed de corpore ejus, Ecclesiæ praestita est consolacionis memoria.

R. Hæc dicit Dominus: qui tenuerint foedus meum, * Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filiis & filiabus: nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit, Alleluia. **V.** Virgines enim sunt: sequuntur agnum quemque ierit: sine macula enim sunt ante Thronum Dei. * Da-

bo eis. Isa. 56. Apoc.
14.

Lectio 6.

Sicplerumque Deus de servis suis præstat servis suis quadam dignatione, donans quod magis prositeicui datur, quam ei de quo datur. Sic Eliam Sanctum Deus per avem pascébat: non autem misericordia Dei & omnipoténtia defecerat, ut semper sic pásceret. Mittitur tamen pascéndus ad víduam: non quia non erat quómodo Dei servus aleréatur, sed ut fidélis vídua benedictiōnem mererétur. Præstitit ergo Sanctorum Corpora Ecclesiis suis ad memorias oratiōnum, non ad glórias Martýrum. Illi enim habent integrā glo-

riam suam apud crea-
torem suum : nec ipsi
cörpori áliquid ti-
ment , quóniam non
est quod tímeant. Ma-
gis si parcant cörpori,
nocent & cörpori. Si
autem per fidem non
parcant cörpori, præf-
tant & cörpori.

*R. Inquiréntes Dó-
minum non minuéntur omni bono : * Cus-
tódit Dóminus ómnia
ossa eórum : unum ex
his non conterétur ,
Alleluia. *V. Quia ócu-
li Dómini super justos ,
& aures ejus in preces
eórum.* Custódit. Gló-
ria. * Custódit. Psal.
33. 1. Petr. 3.**

In III. Nocturno.

Léctio S. Evangélii se-
cundùm Lucam.

Léctio 7. Cap. 10.

IN illo témpore: di-
xit Jesus Discípulis

Reliq.

suis : qui vos audit ,
me audit : & qui vos
spernit , me spernit.
Et réliqua.

Homilia Sancti Joán-
nis Damascéni.

De Imaginibus.

Orat. 3.

ADorántur Sanc-
ti quátenus gló-
riam à Deo sunt adép-
ti , & quia ab ipso ac-
cepérunt , ut adversa-
riis terríbiles essent , &
erga eos , qui ad ipsos
confugerent , benéfi-
ci : imò tanquam Dei
fábuli & ministri ,
quiique propter suam
charitátem liberum
apud ipsum accéssum
hábeant. Quamóbrem
eos adorámus , quia
Rex ipse cólitur , cum
fábulum suum , quem
diligit , non Regis ins-
tar , sed tanquam obse-
quéntem Ministrum
benevolúmque

benevolūmque amí-
cum cernit adorári.

¶. Leva in circúitu
óculos tuos , & vide ,
Allelúia. Omnes isti
congregáti sunt , ve-
nérunt tibi , Allelúia.
* Et vocábunt te Ci-
vitátem Dómini , Al-
lelúia. ¶. Sérvient ei
die ac nocte in templo
ejus : & qui sedet in
throne habitábit super
illos. * Et vocábunt.
Isa. 60. Apoc. 7.

Lectio 8.

Quin étiam illi
qui cum fidúcia
iplos ádeunt , votó-
rum cómpotes fiunt ,
sive id à Rege fámu-
lus flágitet , sive Rex
honórem , fidémque
illius qui ab suo fámu-
lo petit , admittat ;
quippe cum is ejus nó-
mine postuláverit. Sic
per Apóstolos illi cu-

rabántur , qui ad Je-
sum accéderent. Sic
Apostolórum umbra ,
fudária , & semicínctia
sanatiónes profundé-
bant : ii verò qui sedi-
tióso rebelliique ánimo
adorári volunt tan-
quam Dii , non solum
adorándi non sunt ,
verum étiam sempí-
ténum ignem merén-
tur. Illi autem quì
fastidiósoelatóque án-
imo Dei fámulos non
adórant , tanquam ar-
rogantes & supérbi ,
nec non erga Deum
ipsum ímpii condem-
nántur.

¶. Si irrúerint su-
per nos mala , gládius ,
pestiléntia & fames ,
stábimus coram domo
hac in conspectu tuo ,
in qua invocátum est
nomen tuum. * Clá-
mábimus ad te in tri-
bulatióibus nostris ,

O o

& exaudies, Alleluia. erant post ejus abscessus. Ecce tabernaculum sum subiunxit, atque Dei cum hominibus: ait: hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram: nunc autem vado ad eum, qui me misit. Ubi primum videmus? dum est, utrum eis futuras non predixerit ante passiones. Sed alii tres Evangelistæ satis eum predixisse ista demonstrant, ante quam ventum esset ad coenam: quâ peractâ; secundum Joannem ista locutus est, ubi ait: hæc autem vobis ab initio non dixi quia vobiscum eram.

Lectio S. Evangeliæ secundum Joannem.

Lectio 9. Cap. 16.

In illo tempore: dixit Jesus Discipulis suis: vado ad eum qui misit me: & nemo ex vobis interrogat me, quod vadis? Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini Episcopi.
Tract. 94. in Joannem.

Cum Dominus Jesus predixisset Discipulis suis persecutions, quas passuri

AD LAUDES
ut in die Festi.
Pro comm. Dominicæ.
Ant. Vado ad eum

qui misit me : & nemo fixa sint corda, ubi vē-
ex vobis interrogat ra sunt gaūdia. Per
me : quō vadis ? Alle- Dóminum.
lūia , allelūia.

¶. In resurrectiōne
tua , Christe, Allelūia.

¶. Cœli & terra læ-
téntur , Allelūia.

Oratio.

DEUS qui fidélium
mentes unius éf-
fici voluntatis : da
pópolis tuis id amáre
quod præcipis , id de-
siderare quod promít-
tis , ut inter mundanas
varietates ibi nostra

AD II. VESPERAS,
Ut in secundis Ves-
peris Festi.

Pro comm. Dominicæ.

Ant. Vado ad eum
qui misit me : sed quia
hæc locútus sum vo-
bis , tristitia implévit
cor vestrum, Allelūia.

¶. Mane nobiscum,
Dómine , Allelūia.

¶. Quóniam adves-
peráscit , Allelūia.

Oratio ut supr.

F I N I S.

Oo ij



S. L. A. M. - 2

三〇



NOMENCLATURA SANCTORUM ECCLESIAE SANCTI SATURNINI PECULIARIUM.

NOVEMBER.

28. *V*Igil. Sancti Saturnini, Episcopi &
Mart. Pag. 3
29. S. Saturnini, Episcopi & Martyris, cum
Octava. 6

DECEMBER.

22. S. Honorati, Episc. & Mart. 47

JANUARIUS.

26. Elevat. Corp. SS. Simonis & Judæ Apost.
& S. Susannæ Babilonicæ. 50

FEBRUARIUS.

3. S. Blasii, Episc. & Mart. 57
4. S. Gilberti, Abbatis. 60
28. vel 29. Anno Bifexili. Translat. S. Au-
gustini, Episc. & Conf. 63

M A R T I U S.

26. Elevat. SS. Philippi & Jacobi Majoris
Apost. Papuli Mart. Silvii, Hilarii, &
Honorati, Pontificum, & Gilberti Ab-
batis. 67

A P R I L I S.

23. S. Georgii, Mart. 72

M A I U S.

20. S. Hilarii, Episc. & Conf. 75
22. S. Quiteriae, Virg. & Mart. 77
27. Elevat. Corporis S. Barnabae, Apost. 80
31. S. Silvii, Episc. & Conf. 86

J U N I U S.

14. Translat. S. Exuperii, Ep. & Conf. 89
16. SS. Quirici & Julitiæ, Mart. 92
21. S. Raymundi, Episc. & Conf. 95
25. Translat. S. Saturnini, Ep. & Conf. 99

J U L I U S.

3. S. Raymundi Conf. Eccl. S. Saturnini
Canonici. 110
12. S. Honesti, Conf. 117

29. S. Lupi, Episc. & Conf. 120

A U G U S T U S.

27. S. Vidiani, Mart. 123

S E P T E M B E R.

1. S. Ægidii, Abbatis. 126

28. S. Exuperii, Episc. & Conf. 134

O C T O B E R.

15. Translat. S. Jacobi Majoris. 176

17. SS. Puellarum, Virg. 181

20. S. Caprasii, Episc. & Mart. 185

21. SS. Ursulæ & Sociarum ejus, Virg. &
Mart. 188

23. S. Susanna Babilonicae. 191

25. S. Frontonis, Episc. & Conf. 199

N O V E M B E R.

3. S. Papuli, Mart. 200

10. SS. Claudii., Nicostrati, Simphoriani,
Castorii, & Simplicii, Mart. 203

12. Elevat. Corporis S. Raymundi, Conf. &
Ecclesiae S. Saturnini Canonici. 209

13. Elevat. Corporum SS. Eadmundi, Clau-

- dii, Nicostrati, Simphoriani, Castorii,
 & Simplicii, Mart. 212
 17. SS. Asciscli & Victoriæ, Fratrum &
 Mart. 218
 20. S. Eadmundi, Angliae Reg. & Mart. 221
 Dom. 3. post Pascha. Festum SS. Reliquiarum
 in Ecclesia Sancti Saturnini quiescentium,
 cum Octaya. 225

F I N I S.

E R R A T A.

Pag. 22. col. 1. lig. 25. de hinc. lege
de-hinc.

Pag. 73. col. 1. lig. 1. cognoceretur, le-
ge cognosceretur.

COMMEMORATIONES COMMUNES, sive Suffragia Sanctorum.

De Cruce, in feriali tantum Officio.

Ad Vesperas & Laudes, Antiphona.

Per signum Crucis de inimicis nostris libera nos, Deus noster.

¶. Omnis terra adoret te & psallat tibi.

¶. Psalmum dicat nomini tuo, Domine.

Oremus.

PErpetuâ nos, quæsumus, Domine, pace custodi:

quos per lignum sanctæ Crucis redimere dignatus es.

De Sancta Maria, quando non dicitur ejus Officium parvum.

Ad Vesperas & Laudes, Antiphona.

Sancta Maria, succurre miseris, juva pusillanimis, réfove flébiles, ora pro populo, intéveni pro clero, intercéde pro devoto scemineo sexu: sicutiant omnes tuum juvamen, quicunque célébrant tuam sanctam commemorationem.

¶. Ora pro nobis, sancta Dei génitrix.

¶. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

Oremus.

Concédé nos famulos tuos, quæsumus, Domine Deus, perpétuâ mentis & corporis sanitatem gaudere: & gloriósâ beatæ Mariæ semper Virginis intercessione, à præsenti liberari tristitia & æternâ perfrui lætitia.

Ab Octava Epiphaniæ usque ad Purificationem, dicitur:

¶. Post partum, Virgo, inviolata permansisti.

¶. Dei Génitrix, intercéde pro nobis.

2

Oremus.

Deus, qui salutis æternae, beatæ Maríæ virginitate
fecundâ, humano generi præmia præstisti:
tribue quæsumus, ut ipsam pro nobis intercedere sen-
tiamus, per quam meruimus auctórem vitæ suscipere.
Dominum nostrum Iesum-Christum Filium tuum.

De Apostolis. Ad Vesperas, Antiphona.

Petrus Apóstolus, & Paulus Doctor Géntium, ipsi
nos docuerunt legem tuam, Dómine.

¶. Constitues eos Príncipes super omnem terram.

R. Mémores erunt nōminis tui, Dómine.

Ad Laudes, Antiphona.

Gloriosi. Príncipes terræ, quo modo in vita sua di-
lexérunt se, ita & in morte non sunt separati.

¶. In omnem terram exivit sonus eorum.

R. Et in fines orbis terræ verba eorum.

Oremus.

Deus, cujus dexterum Beátum Petrum ambulátem
in flictibus ne mergeretur, erexit: & Coapóstolo-
num ejus Paulum tertio naufragántem de profundo Pé-
lagi liberávit: exaudi nos propitius, & concéde ut
ambórum méritis æternitatis gloriæ consequámur.

D. S. Saturnino. Ad Vesperas, Antiphona.

Statuit ei testaméntum æternum, & dedit illi Sa-
cerdótium gentis & beatificavit illum in glória: pro eo
quod trádidit in mortem animam suam.

¶. Protéctor noster áspice Deus.

R. Et respice in faciem Christi tui.

Ad Laudes, Antiphona.

Zelando zelum Dei aceépit testaméntum Sacerdóttii
in æternum; dum zelaret zelum legis recéptus est in
cœlum.

¶. Nos pòplus tuus & oves páscuae tuæ,

¶. Confitébimur tibi in seculum,

Oremus.

Protegat nos, Dómine, Beati Saturnini Mártiris atque Pontificis repetita commemoratio ut cuius patrocinia sine intermissione recólimus perpétuam defensionem sentiámus.

De S. Augustino. Ad Vesp. Ant.

Cum esset sapientissimus, quæsivit verba utilia, & conscripsit sermones rectissimos ac veritate plenos.

¶. Beatus vir quem tu erudieris Dómine.

¶. Et de lege tua docueris eum.

Ad Laudes, Antiphona.

Ministérium verbi accépi à Dómino Jesu testificari Evangelium grátiae Dei.

¶. Ecce Domine veritatem dilexisti.

¶. Incerta & occulta sapiéntiae tuæ manifestásti mihi.

Oremus.

Ad hunc supplicationibus nostris, omnípotens Deus: & quibus fiduciam sperandæ pietatis indulges, intercedente Beato Augustino Confessore tuo atque Pontifice, consuetæ misericordiæ tribue benignus effectum.

De S. Exuperio, Ad Vesp. Ant.

Sacerdos magnus in diébus suis corroboravit Templum. Templi etiam altitudo ab ipso fundata est. Curavit gentem suam, & liberavit eam à perditione.

¶. Notam fecisti in populis virtutem tuam.

¶. Redemisti in brachio populum tuum.

Ad Laudes, Antiphona.

Oculus sui cæco & pes clando pater eram pauperum.

¶. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem.

¶. In die mala liberabit eum Dóminus.

Oremus.

Deus qui Beatum Exuperium Pontificem tuum, zelo domus tuæ, & misericordiæ viscéribus implevisti; quæsumus ut quem pauperum patrem tuâ gratiâ effecisti, benignum pro nobis intercessorem júgiter esse largiaris.

De SS. Reliquiis. Ad Vesp. Ant.

Illi viri misericordiae sunt, quorum pietates non defuerunt: Corpora ipsorum in pace sepulta sunt, & nomen eorum vivit in generationem & generationem.

¶. Cantate Domino canticum novum.

¶. Laus ejus in Ecclesia Sanctorum.

Ad Laudes, Antiphona.

Ossa eorum pullulent de loco suo, nam corroboraverunt Jacob, & redemierunt se in fide virtutis.

¶. Confitabitur tibi pulvis.

¶. Annuntiabit veritatem tuam.

Oremus.

Auge in nobis, Domine, resurrectionis fidem, qui in Sanctorum Reliquiis mirabilia operaris, & fac nos immortalis gloriae particeps, cuius in eorum cineribus pignora veneramur.

De Pace. Ad Vesp. & Laudes, Ant.

Da Pacem, Domine, in diebus nostris: quia non est alius qui pugnet pro nobis, nisi tu Deus noster.

¶. Fiat Pax in virtute tua.

¶. Et abundantia in turribus tuis.

Oremus.

Deus a quo sancta desideria, recta consilia, & justa sunt opera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, Pacem: ut & corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublatam formidine, tempora fint tua protectione tranquilla. Per Dominum, &c.

¶. Dominus vobiscum.

¶. Ecce cum spiritu tuo.

¶. Benedicamus Domino.

¶. Deo gratias.

¶. Fideliuum animae per misericordiam Dei requiescant in pace.

¶. Amen.



APPROBATIO DOCTORUM.

HANC Officii Peculiaris, Sanctorum qui in Ecclesia Divi Saturnini toto orbe veneranda, celebrantur, novam pretiosamque instaurationem, cuius conditores sui nos operis participatione dignati sunt, vidimus, legimusque summa cum voluptate, totamque agnovimus, non minus informando Divino Cultui, instruendæ nutriendæque fidei ac pietatis dono, quam & acuendo Sanctorum quasi civium ac domesticorum imitamini, aptissimam, suosque omnino spirantem undique auctores eruditos, simul & pios æmulatores, ejusdem Ecclesiæ Canonicos venerabiles; ita censemus animitus. Tolosæ, die 28. mensis Augusti, anni 1759.

BENEDICTUS D'HELIOT,
Abbas Beatæ Mariæ de Perreto-Novo, Sacræ Theologiæ Universitatis Tolosanæ Professor Regius & Decanus,
&c.



Librum , cui titulus , Officia Sanctorum Propria Ecclesiae Sancti Saturnini , diligenter expendi ; & quidem magnâ cum voluptate ; opus enim est prorsus felici exitu elaboratum , in quo mirabilis solidæ pietatis ac doctrinæ gustus elucet , nihilque deprehendere est , quod sanæ Fidei , probis moribus , Sanctorum Reliquiis , quibus Tolosana illustratur Civitas , honori debito , ac divini cultus majestati apprimè non congruat . Nec satis laudandus autor , qui singulas Officiorum Divini partes , ex sacris scripturis , in quantum fieri potest , depromere curavit ; existimans scilicet cum Sanctis Patribus eas acceptiores fore Supremo Numini preces , quæ Dei ipsius non tantum sensus , sed etiam voces exhiberent . Quam dignum igitur typis mandari prædictum opus , quam fovendæ pietati idoneum nemo est , qui sedulo attendens perspicere non valeat . Datum Tolosæ die 28. Augusti , anni 1759.

MONTGAZIN , Regius Sacrae Facultatis in Academiâ Tolosanâ Professor , nec-non insignis Ecclesiae Sancti Saturnini Canonicus & Cantor.

PERMISSIO.

Visis Approbationibus Doctorum, &
Professorum Regiorum, permittimus
Librum hunc typis mandari. Datum Tolosæ,
die 20 mensis Septembris, anni 1759.

DARGUEIL, Vic. Gen.
CAIROL, Vic. Gen.

MANDATUM.

A Bbas & Capitulum Sancti Saturnini ,
visis approbationibus Doctorum , & li-
centiâ Vicariorum Generalium , concesserunt
& jussierunt Librum hunc imprimi , ad Pecu-
liaria sui Chori Officia recitanda . Juxta deli-
berationem dicti Capituli die 21 Septembris ,
annii 1759.

*De Mandato D. D. Abbatis
& Capituli,
VINCENS, Secretarius.*



